



PHARMACOPOEIAE  
 MEDICO-CHYMICAE  
 LIBER V.  
 DE ZOOLOGIA.



**Z**OOLOGIA est pars Pharmacopœiæ, quæ Medicamenta ex Animalibus desumpta recenset.

*N. Animalia puta, tam viua, quam interempta, (liceat hæc animalia appellare.) De utrisque commonere hic expedit, eligenda esse, quæ extra dispositionem morbosam & hinc detrimentosam constituta sunt. Itaque si ex viuis expetis, provideas, sana ea sint: sin ex interemptis, interempta illa adhibeas morte violenta extrinsecus accedente. Etenim expetitur medicinalis cuiusque rei substantia, eaque ad medicationem apta, adeoque facultatibus morbofis destituta, salubribus è contra tincturis delibuta. Hæc inprimis pars rei spirituosa est, in naturali scilicet dispositione constituta, facultatibusque peregrinis orba. Nimirum hæc, ut morte naturali paulatim senescens consumitur, curriculoque suo destinato perfuncta, in principia sua resoluitur: ita eadem ipsa, si flamma vitalis violenter extinguatur, superstes aliquandiu manet, nec à corpore separatur,*

*donec huius dissolutione & ipsa dissoluatur. Et quidem talis ferè illa superstes suppetit, qualis erat, dum flamma illa exinguebatur, i. e. salubribus, insalubribusque tincturis imbuta. Hinc itaque non raro mira cadaverum facultates elucet, veluti præ reliquis est vis illa formatrix, non modo è cineribus vegetabilium suscitabilis, (teste Sennerto, ex Quercetano & Polono, ut & ex Libauiio, teste Cl. Horstio epistola ea de re ad me missa, teste itidem Vigenario Gallo, in tractatu Gallico, de Igne & Sale, pag. 262.) sed & in animalium quorundam cineribus demonstrabilis. Huius rei historiam, cum Parisiis degerem, ceu verissimam mihi retulit Doctor Medicinæ Parisiensis, nomine Certain, vir vel ætatis ratione fide dignus, videlicet sibi in maceratione cineris cancerorum, tam perfectorum, quam imperfectorum, in liquore natantium. Simili ratione in  $\nabla$  stillat. spermatis ranarum, sibi ranarum imagines quondam fuisse representatas, testis est Vir Excellentissimus Ioan-Daniel Horstius, in Academia Marpurgensi, Medicinæ Professor publicus, Amicus meus integerrimus.*



integerrimus. Non minus & in perfectiorum animalium ossibus idem accidere, prater alios refert Robertus Flud, de Fluctibus, Medicus Anglus, Scrutator naturae sagacissimus. Et quaso quid causa subesset, quod solum animalia matata culinis expetantur, posthabita qua secus obierunt, nisi sit, quod illabalsamica seu spiritali pradita sunt substantia, ad nutritionem requisita, haec vel eadem destituta sint, vel inquinata & insalubrem possideant. In Medicis difficultatibus non postrema est, quae etiam doctissimos macerat, unde scilicet facultates occultiores Medicamentorum fluant. Nimirum, alij Forma mixta eas acceptas referunt, alij Forma separata relicto vestigio: ne dicam de peculiari qualitatum primarum mixtione, quam alij ponunt. Verum anne satius sit, difficultates has & similes hoc ipso, quod posui, fundamento dirimere, quam Entia circa necessitatem multiplicare, cuiuslibet pro arbitrio do indicandum, nec enim quoenquam cogo, sed saltem Philosophica libertate nixus modum suggero e difficultatibus emergendi, & quidem eiusmodi, quem (ne nouitatis accuses) tota stoicorum schola olim docuit. Vide- tis Quercetan. libro. de Veritate Her-

metic. medicin. cap. 10. Nec est quod hinc metuas simplicitati formarum hac ratione derogari. Simples quidem sunt forma, id fateor, sed & materiales, non ut communiter fingitur simpliciter spirituales. Caueas autem huc spiritum diuinum hominis retrahas: hic enim, ut sublimioris est originis, ita & altioris indaginis.

Quia Epistola Horstiana mentionem facit, eius verba subiungere placet, qua sunt: Quod attinet fuscitabilem vim formatricem, certè saepeque D. Georgius Moltherus Med. VVetzlar. retulit, non semel se vetricam vidisse in  $\nabla$  congelata. Mihi est sal Absynthij, cuius ope, vera loquor, totum Absynthium tibi ponam ob oculos. Hac Horstius; quibus & hoc subiicere volui, quod certa quadam operatione & Absynthij volatile eleuatum Alembici lateribus adharendo plantam suam dilucide repraesentet.

Classes Zoologiae sunt quatuor.

1. Animalia terrestria exhibet, eaque perfectiora.
2. Aues recenset.
3. Pisces describit.
4. Insecta subiungit.

CLASSIS I.

De Animalibus Terrestribus perfectioribus.

I. Agnus.

5. Coagulum.

Vires.

ἄμνος, ἀγρῖος, ein lamb, Schaaf.

OFFICIN.

1. Pulmo attritus à calceamentis contractos, ab inflammationibus tuetur (impositus) vide Ovis.

1. Pulmones, (cùm recentes, tùm siccati.) 2. Fel. 3. Lana. 4. Ossa incinerata.

2. Fel. ad morbum comitalem exhibetur.

QQq



hibetur.

3. Lana (cum corio) anginae, aliisque colli tumoribus leniendis ac molliendis confert, (imposita).

4. Ossa incinerata, consolidationem vulnerum, etiam eorum, quae difficilioris sunt consolidationis, consolidant.

5. Coagulum valet ad venena, ad Lac coagularum, ad morsus venenatos (cum + porum).

### II. Alces.

Almus, Alces, magna bestia, Casari, Alberti. Magn. (cui & Equiceruus) Olao magno. Mizald. Leu. Lemnio. Clend.

Animal est gregarium bifulcum, ad cervi figuram accedens, quo tamen maius est, natura timidum, comitiali morbo obnoxium.

#### OFFICIN. NAT.

1. Ungula ac 2. Nerui.

Vires.

1. Ungula specifica virtute celebratur adversus Epilepsiam, cum praecavendo, tum curando, idque usu tam interno, quam externo.

Internè propinquantur scobs, & praeparata subiuncta.

Externè includitur particula annulo, gestaturque digito, qui minimo proximus est, ut palmam respiciat: Inditur itidem pugno, applicatur pulsui, immittitur in aurem, (sinistram,) suspenditur de collo, ut cutim attingat.

Dosis ℥ss. & ultra ℥j.

N. 1. Dignoscitur odore, quem gratum suffitu exhibet.

N. 2. Referunt, non quodlibet huius species animal malo Epileptico corripit, nec omnia eadem proprietate praedita esse sed pro aetate, sexu, tempore, & ipsius et-

iam ungula ratione, plurimum variare.

Femina ungulam hac facultate nequaquam pollere, sed maris solum, nec pulli, sed adulti, idque eo tempore, quo in Venenarem ferri incipit, (inter Festum assumptionis Mariae & natiuitatis eiusdem.) Plus etiam unguibus posterioribus quam anterioribus tribuunt, & horum quidam pedi (quod vulgatum) dextro, alij sinistro. Sunt qui velint has ungulas ab animali adhuc vivente, dicto tempore praescindendas esse. Andr. Bacc. l. de Alce.

2. Nerui, circumligantur membris spasmo obnoxiiis.

PRÆPAR. ex Ungulis.

1. Ungula praeparata, lege communi.

2. Magisterium fit l.c. aceto, (alij malunt spir.  $\Theta$ ), ac oleo  $\Phi$ i.

N. Magisterium hoc cineri colorem fere refert.

3. Sunt qui aquam ex medulla cerebri destillatam, pro arcano Epileptico habent, vide in homine.

4. Exhibere itidem poterit Oleum Lignorem, ac Sal volatile. l. com.

N. Cum in Finlandia degere Praefectus institutioni Generosissimi Gustavi Horn, Euerhardi Filij, qui iam Generalem Maiorem in Suedico Exercitu agit celeberrimum, trans fossam Alcen, Generosissima illius Matri Vidua à servis praesentatam vidi 17. palmos altam.

### III. Aper.

Mas,  $\Delta$  capos, Verres syluaticus, VVildschurwein, Cber.  
Aper { Femina, sus fera, scropha sylu.  
          vvilde Sarr,  
          Porcellus syluestr. Irischling.  
Vescitur glandib. nucib. faginis, castaneis, radicib. filicis, angel. & simil.  
Coit



Coit initio Hyemis, parit Vere.

IV. *Asinus.*

OFFICIN. NAT.

1. *Adeps.* 2. *Dens.* 3. *Genitalia.* 4. *Fel.* 5. *Stercus.* 6. *Vrina.*

Vires.

1. *Aper*, vt verridomestico cognatus est, ita & vires communes obrinet, sed fortiores. Hinc recipitur adeps ad vnguentum armarium, commendatur peculiariter ad laterum dolores leniendos, materiamque molliendam: reiectiones sanguinis sistit, (in  $\text{H}$  vel vino potum,) ad rupta & conuulsa, (ex  $\text{H}$  bibitur,) luxatis (cum + orosar.) medetur. *Diosc.*

2. *Dens* specificè in pleuritide exhibetur: cynanchen, (cum Ol. Lini inunctus vel & exhibitus) curat.

Dosis ℥j.

5. *Genitalia ac Testiculi* ad Veneris impotentiam ac proliferationem faciunt.

4. *Fel.* strumas discutit.

5. *Stercus aridum* (potum) reiectiones sanguinis sistere creditur, id quod etiam præstat extrinsecus ad motum.

6. *Vrina* comminuit specificè vesicæ calculos, eosque expellit.

PRÆPAR.

1. *Dens præparat.* leg. com.

2. Fieri etiam potest *Magisterium* ex dente, soluendo cum  $\text{X}$  & præcipitando cum Sp.  $\text{G}$  i vel ol.  $\text{Q}$  i.

N. *Dens apri mucilaginosus valde est, idèoque congelascit nonnunquam in fundo præparatum, Hanc congelascentiã vt præcaueant, solent igni aliquantulum exponere & vrere.*

3. Sunt & qui  $\text{V}$  m ex sanguine cum plantis refrigerantibus & humectantibus, destillatam in Atrophia magnificiunt. *Hartm. in pract.*

♂.  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Mas Esel.} \\ \text{Fœmina Eselin.} \\ \text{Pullus Füllin.} \end{array} \right.$

Animal est pigrum, melancholicum, viuax, (ad annos 30.) mense 12. pariens.

OFFICIN. NAT.

1. *Vngula.* 2. *Sanguis.* 3. *Lac.* 4. *Vrina.* 5. *Stercus.* 6. *Adeps.* 7. *Pili.*

Vires.

1. *Vngula* in morbo comitali vngulæ alci vicaria censetur: (datum per mensem diebus continuis ad 3℔.)

Extrinsecus commendatur cinis ad discutiendas strumas & sanandos perniones (cum Oleo inunctus) ad rimas cutis consolidandas; apostemata discutienda, pterygium oculorum tollendum, (cum lacte mulieris instillatus, ad fœtum mortuum eliminandum, (in suffitu,) ad Epilepticas & Hystericas excitandas (nidore).

2. *Sanguis* sudorem ciet; pone aures lex aure extractus, linteo susceptus & inseruiente lintei illius infusione assumptus, melancholici humoris ferociam dicitur mitigare, morbosque; incâratione introductos arcere: sunt & qui eundem ad febriem quotidianam exhibent. Pulli asini sanguis icterum curat.

3. *Lac* nutrit, abstergit fortiter; hinc vtile in Phthisi, in morbis ventriculi, renum abscessu, vesicæ lithiasi, arthriticis doloribus, laxat nimir. aluũ, abstergit vias vtinarias, ciet menses.

Extrinsecus adhibitum, stabilit gingiuas, compescit dolores podagricos, (cum stercore cataplasmatum) faciei que gratum conciliat pallorem illitum.

Exhibetur ab ʒiv. ad x.

℞ ʒ ʒ 2 4. *Vrina*



4. *Vrina* medetur peculiariter morbis renum, (*Dioscorides*) tum & scabiei, (*canum vrina ea imbutum imponitur.*) Verrucis & callis, membrorum atrophix & paralyfi, podagricisque dolorib. &c.

V. gr.

℞. *Vrinam pulli asinorum, vngulam asina incineratam. subige addendo axungiam asin. cum tantillo spicæ indicæ ad odorem.*

F. Vnguentum.

5. *Adeps.* Cicatrices concolores reddit.

6. *Stercus*, sanguinem sistit, (*potum vel vstum, vel Emplastrum instar impositum, naribusuè admotum.*)

7. *Pellis*, loco culcitæ imposita, infantum terrorem arcere dicitur.

V. Bos.

℞. Bos { Mas *tauſ* Taurus Ochse.  
Formina *uſ* Vacca Kube.  
Vitulus, vide infra.

Animal est vulgo notissimum vitam ad annos viginti producere aptum natum. Coit ferè medio Vere vel Autumno.

OFFICIN. NAT.

1. Cornu. 2. Fel. 3. Iecur. 4. Splen. 5. Sanguis. 6. Medulla. 7. Seuum. 8. Axungia. 9. Vngula. 10. Vrina. 11. Stercus. 12. Lapilli. 13. Lac & inde 14. Butyrum ac 15. Caseus. 16. Priapus. 17. Ossa.

Vires.

1. *Cornu* rari vsus est: vidi tamen scobem exhiberi contra Epilepsiam; adhibetur quoque in suffitu, ad aërem contagiosam corrigendum.

2. *Fel*, bubulum seu taurinum præstat fere omnium quadrupedum fellibus: specificè auriam medetur susurto,

ac dolori, (*mixtum cum lacte muliebri aut caprino, & cum cottone impositum,*) aluum mouet, (*in Clysteribus.*)

3. *Iecur*, rari vsus est, cuiusque loco vituli epas, pro hepate scil. corroborando, in decoctis adhiberi ferè solet.

4. *Splen*, inferuit potissimum decoctioni ac extractioni pro arcenda splenis duritie, mensiumque suppressione. Sunt & qui extrinsecus spleni illinunt.

5. *Sanguis*, intrinsecus singularem operam fert dysentericis mensium & internis hæmorrhagiis. Extrinsecus discutit & emollit tumores, maculas faciei extergit, (*illitus.*)

6. *Medulla*, post ceruinam & vitulinam proximum bonitatis locum habet: præter vires generales, (*cum vino illita,*) trementia membra reficit, nervis induratis confert.

7. *Seuum seu Adeps*, præter vires generales, vsurpatur sepecialiter ad mordicationem intestinorum, & tenesmū, vt & ad vlcera & rimas labiorum, podagricis & Scirrholis affectib. medetur.

N. Præfertur qui à Renib. colligitur.

8. *Axungia ex vngulis, Klavven. Schmalz*, vlitata vulgo est in molliendis tumorib. leniendis dolorib. luxationeque articulorum.

9. *Vngula*, in cinerem combustæ copiam lactis præbent, (*assumptæ.*) adhiberi item solent ad arcendum aërem malignum, (*in suffumigio.*)

N. *Vngularum* suffitu fugantur mures.

10. *Vrina*, aurium dolore lenit, si cum *Myrrha* instilletur.

11. *Stercus Vaccinum*, refrigerat, siccaturque moderatè, discutit, dolores insigniter mitigat. Hinc feliciter adhibetur adustionib. inflammationibus arthritidi, apuræ ac vesparum morbis. suffitu



suffitu reprimat uterum prolapsum.

N. Plebey febrī ardente, vel colico dolore correptis in potu suspendunt, aut succum expressum felici cum successu propinant.

12. *Lapillus*, ex ventriculo ( Martio Mense, vel & Lapillus è fellis vesica (Maio) exectus medetur Ictericæ, specificè comminuit ac consumit calculum, si cum vino propinetur: idem præstat, si vino, quod potui datur, quotidie imponatur, donec penitus consumptus sit. *Querc.*

Lapillus fellis in puluerem redactus errhinum exhibet egregium.

13. *Lac Vaccinum*, crassum est, nutrit benè, inflat, Renum & Vesicæ dolori conuenit, diarrhææ, dysentericæ, tenesmo, erosioneque intestinorum succurrit (potum).

N. 1. Nocet Lac Splenicis, Epaticis, Comitialibus, Vertiginosis, Febricitantibus, & Capite dolentibus, quod de lacte in genere notandum.

N. 2. Lac coagulatum cum camomilla nascitur. aq. & lac. Iunip. in lacte coctis, ad dolores scorbuticos mitigandos maximè prodest. (catapl.)

14. *Butyrum*, calfac. moderate exollit, digerit, lenit, resoluit, laxat, oculotum heberudini prodest, (inditum,) &c.

15. *Casus* recens mollis podagricorum dolores lenit, Epatis æstum mitigat, Exomphalo infantum succurrit (impositus).

16. *Priapus*-Tauri (rubri) dysentericis prodest (tritum & exhibitum).

N. 1. *Mulieribus* fastidium Coitus parere creditur.

N. 2. *Vasa spermatica* cum didymo combusta, sanguinis hemorrhagiam sistunt.

N. Hoc Iudaorum medicamen in

*circumcisis*. Forest. in Chirurg.

17. *Ossa* ad corroboranda viscera, & ad arcendam Epilepsiam à nonnullis adhibentur.

PRÆPAR.

1. *Aqua omnium florum dicta*, destillatur M<sup>c</sup>, vel ex Cinere, Verno seu Maiali tempore, ex stercore recenti vaccæ herbas depalcentis, Prodit & hinc oleum.

Vires.

Refrigerat, discutit, adhibetur internè in dolore colico, nephritico, vrina suppressa, febribus, &c.

Externè imponitur locis dolentibus, ut supra. Commendatur & ad Ulcera cancrofa.

2. *Aqua sanguis* fit ( Maiali tempore) M<sup>b</sup>. Vires.

Summe mitigat podagram.

3. *Decoctum Splenis* Bouis, v. lib. 2.

4. *Extractum Splenis*, ut & Epatis, vide lib. 2.

N. Crollius.

3. *Splenem* bouis iunioris castrati, scindit in laminas reues, macerat per aliquot & P in V cum myrrha essentiali, deinde exiccat in aere. Postea cum V s. a. Essentiam extrahit, abstrahit, maioris efficacia ergo addit aliquot guttulas Olei Angelica stillat.

Vires.

Lienis obstructione expedit, menses prouocat.

Dosis ʒj. in V appropriata.

N. In Clibano commode exiccari poterit.

5. *Oleum* ex butyro, vide lib. 2.

6. *Tinctura felis* Tauri.

3. *Fella* Taurorum sensum in C exiccata, extrahe cum V.

Vires.

Cosmeticum est insigne ad miculum



culum vsque albedinem gratissimum concilians. Illinitur scil. linqiturque illita per triduum, quatridduumè, ita tamen, ne aëri libere sese exponant, post eluatur aliquoties  $\nabla$  flor. fabarum, nenuphar, polygonati & simil. *Hartm. in Croll.*

VI. Bubulus.

*Βεβαλίε*, Animal est boui figurâ & naturâ simile, maius tamen & crudelius, colore nigrum. *Büffel.*

OFFICIN. NAT.

1. Cornua & Ungula. 2. Serum. 3. Stercus, &c.

Vires.

1. Cornua & Ungula medentur spalmo (annulus exinde factus gestatur digitis manus vel pedis.

2. Seni, Stercoris, &c.

Vires.

Ex descriptione bouis addiscere licet.

PREPAR.

Extractum Epatis bubuli fit eodem modo, quo Extractum Splenis bouis.

N. Præstantius habetur, si Sal proprium ex capite mortuo extractum admixtum fuerit.

Vires.

Vfus eiusdem est, cuius extractum splenis bouis, sed promptioris efficacæ.

Dosis quoque eadem est. *Hartm. in Croll. Glucky. in Beg.*

VII. Bufo.

*Μύζες*, Bufo, } palustris, qui minus vulgatus.  
*Krotte, Taafche* est } terrestris, qui vulgator.

N. Maxima fouetur antipathia inter bufones & araneas, adeo ut si bufo subter araneam ponatur, cum impetu illum interemptum hac descendat.

OFFICIN. NAT.

1. Ipsi bufones, & 2. Lapis Bufonites.

Bufones siccantur in aëre, transfossi per caput, collumque; siccati asservantur pro vsu.

Vires.

Esti animal sic deterritum, venenosum ac abominabile; attamen non effugit vsum Medicum, cumque tum internum, tum externum.

Internè puluere eius hydropicorum aquas per vrinam educi, desperatus quidam expertus est hydropicus, qui præter spem attentatæ necis sanitatem illo acquisiuit, *Petræus in Nosolog. p. 1. diff. de Hydrope, Vierius in obseru. de Hydrope, ut & de præstig. demon. l. 3.*

Dosis  $\mathcal{z}\mathcal{ss}$ .

[N. Mallet ego minorem.]

Extrinsicus imponitur bubo, parte qua venter est anthracib. (in acetoparum maceratus,) ad eliciendum sc. venenum, (quod adeo feliciter præstat, ut attracto, veneno intumescat,) ingreditur itidem amuleta aëri contagioso arcendo dicata, hæmorrhagiam natium certo experimento sistit (si vel pone aures per se applicetur, vel pugno includatur, ut caleseat, vel axillis subligetur vel & collo appendatur, Idem & cinis s. puluis præstare perhibetur loco affecto inspersus. Renibus impositus aquam inter cutem per vrinam pellere dicitur: Umbilico alligatus, fluxus hystericos retrahit & inhibet. Plantis pedum appositus capitis cordisque morbis phrenitidi febribusque succurrere statuitur.

Lapis Bufonites, Chelonites. Batrachites,



trachites, Borax, Krottenstein, Gemma est bullæ instar, altera parte caua, altera conuexa, coloris ex fusco pal- lentis aliquantum fusci, interdum nigri, albi, (qui melior) Viridis, Vertico- loris.

N. Reperiuntur in agris, affirmant tamen alij, eos in annosiorum, ac qui diu in arundinetis, inter rubos sentesque de- lituerint, bufonum capitibus generari, cui ut fidem adhibeam, dissuadet quo- ruudam magnitudo.

Vires.

Commendatur ad pestem & venena ceu remedium præstantissimum (exhi- bium: Imò sunt qui asserant, illum ge- stantes à venenis tutos esse, blandoque attritu inflationes à venenatis bestiis discutere ac virus omne elicere. *Cassp. Bauhin. de Lapide Bezo. cap. 3.*

N. Prasente poculo venenato fertur hic lapis colorem mutare ac sudare.

PREPAR.  
ex bufone.

1. Amuleta variarum descriptio- num.

Cinis Bufonis (bufo combustus) in- continentiam Vrina ex lacerato vesica collo ortam sanat. De collo suspensus. Ob- seru. *Henn. ab Heer. 18.*

2. Pulvis sic sola tritura, qua bufo- nes optimè exiccati in puluerem redi- guntur.

N. Mallem equidem bufones inci- neratos.

3. Sal elici potest ex calcinatis bu- fonib. puluerique illi in hydropesub- stitui.

Dosis ad gr. iij. &cc.

4. Oleum.

32. Bufon. viv. N. iij. vel xv. per horam in Ol. Oliuat. lb. ij. Coque, colarumque serua.

Vires.

Maximè commendant in maculis faciei, morphæa, aliisque affectibus seu vlceribus inueteratis abstergen- dis, (signatura sua maculata bufo ad maculas prodesse iudicatur,) singulis diebus illinitur semel. *Hartim. Parac. t. 1. p. 1091. b.*

N. Prasferrem equidem ranae ma- culatas.

5. Ol. bufonum compositum.

32. Ol. pedis veruec. q. v. bulliat cum  $\text{A}$  puluerisato, vsque dum rubi- cundum oleum euadat. Hoc facto se- paratur  $\text{A}$  ab olco, in quod adhuc ea- lens immergantur & suffocentur bu- fones post expressionem destillentur.

Vires. Præstantissimum est in dige- rendis tumoribus ex hydropes.

Ex communicat. Dn. D. Ioh. Kie- forti.

VIII Canis.

Mas, Hundt.  
Kóoy est { Fœmina, Hün lin.  
          { Catulus, iunger Hundt.

OFFICIN. NAT

1. Canis integer. 2. Caput. 3. Axun- gia. 4. Fel. 5. Sanguis. 6. Stercus. 7. Vrina. 8. Dens. 9. Pellis. 10. Pilus.

Vires. 1. Integer, scil. viuus catulus. ventri impositus, dolores colicos miti- gat. Paretica membra confortat (bal- neatio in decocto catulorum & axun- gia è decocto hoc collecta.

2. Caput s. caluaria incinerata desic- cat vlcera, curat vitia sedis, rhagades, & testiculorum tumores.

Inttinf. Ictetum sanat.

3. Axungia canina reliquis calidior est, adhibeturque internè in vulnerib. & exulcerationib. abstergendis, con- solidandis,



solidandis, adeoque & in Pthisi, & cruore ex casu dissoluendo.

Externè in Podagricis, auriumque dolorib. leniendis, lendibus capitis ar-  
cendis, auditu difficili reparando, scabie  
& pruritu corrigendo.

4. Fel. catuli nigri Epilepsiam mire  
curat, (recens cum + potum, vel in pul-  
nere exhibitum.

Extrinſ. abstergit maculas faciei,  
(cum stercore *Vitulino* inunctum,) ocu-  
lorum albugini medetur, (cum melle  
illitum.

5. Sanguis contra Veneficarum ve-  
nenum commendatur, bibique cum  
succellu dicitur contra morsum rabio-  
sæ Bestiæ ac Toxicum.

6. *Stercus* (album *Gracum* Officinis)  
siccatur, abstergit, discutit, aperit, aposte-  
mata rumpit, exulcerationes abstergit;  
hinc vtile est in Dysenteria dolore co-  
lico & simil.

Extrinsecus medetur anginæ, (gut-  
turi insufflatum,) vlcereb. malignis (in-  
spersum,) tumores duos emollit (em-  
plastr.) aquas trahit hydropicas, (ven-  
tri illitum,) verrucas abigit, (cinis per  
se, vel cum Ol. rosar. impositus.

N. Commendatur præ reliquis, quod  
Iulio fuit collectum ex cane ossibus nu-  
trit, anlidum, purum, minimè fetens.

7. *Vrina*, verrucas abigit, vlcera capi-  
tis manantia, fursuresque abstergit.

8. *Dentium cinis*, (cum melle vel bu-  
tyro illitus mandibulis,) infantium den-  
titionem faciliat: (gargariſmis inditus,)  
odontalgiam sedat.

9. *Pellis parata*, manuum lenit pru-  
ritum, nervosque emollit contractos  
(chirotheca sc. induta.

10. *Pilus* morsib. canis medetur  
(impositus.

## PRÆPAR.

*Balsamus à Catulis compositus,*

Fit ex integris catulis in vino albo  
suffocatis, coctisque cum herbis nerui-  
nis, oleis & resin. in bals. quod mem-  
bra contracta sanant, ischiadicos & ar-  
thriticos dolores compeſcit.

IX. *Capra, Capra.*

Capra masculus *Троу* & hircus  
ein *Ziegenbock*,  
Est } Capra femina, *аїз*, Capella  
Geiſt, ein

Animal est alacre, velox, superbum,  
auditu acuto præditum, vorax, &c.  
obnoxium febrib. pesti, & simil.

## OFFICIN. NAT.

1. Cornu. 2. Sanguis. 3. Lien. 4. Me-  
dulla. 5. Semen. 6. Lac. 7. Lapilli. 8. Ster-  
cus. 9. *Vrina*. 10. *Vesica*. 11. Omentum.  
12. *Pellis*. 13. *Fel*.

Vires. 1. Cornu vt & pilis utimur  
in suffumigiis, pestis tempore, vt & ad  
Veteranos & Epilepticos excitandos.

2. Sanguis hircinus habetur alexi-  
pharmacus, obstruit, dyfentericis con-  
uenit, sanguinem concretum resoluit,  
(siccatus & exhibitus,) calculum at-  
terit.

Extrinsecus tumores maturat.

N. *Hircum mediocris ætatis* (quadri-  
mum) domi per mensem alunt, nihil  
aliud danda, præter plantas lithonripti-  
cas, hinc æstatis principio cum Sol in  
♁ ingressus est, mactant, sanguinem-  
que arteriosum, abiectis partibus icho-  
rosis, concretum in furno siccant. vide  
*Disp. Aug. & Norimb.*

## PRÆPAR.

Ex sanguine hircino non minus, ac  
ex aliis sanguinis generibus fieri pos-  
sunt: *Spiritus*, *Oleum*, (quod summè in  
calculo



calculo commodatur, & Sal: Attamen præ aliis famosus est, Balsamus antipodagricus ex sanguine, qui ut modo fiendi, ita & virib. conuenit cum balsamo è sanguine ceruino. Vide suo loco.

N. Sunt qui exinde Tincturam conficiunt, ad calculum sanguinemque coagulatum celeberrimam.

3. Lien: Lienem Capræ deligant per diem, super Lienem infirmi, die sequenti ad furnum, vel solem suspendunt, quantum ibi exiccabitur, tantum quoque lienem patientis diminui aiunt. *Tesaur. pauperum Petr. Hispan.*

4. Medull. hircina acrior est ac ficior reliquis, ideoque & efficacior.

5. Seuum hircinum validissimè dissectit, podagricis auxiliatur, stranguariam tollit, (umbilico immisissum) hæmorrhoidam dolores lenit (suppositorium).

6. Lac Caprinum nutrit, abstergit, febris hectica laborantibus & Phthificis, consumptisque ac emaciatissimis optimè conuenit.

Serum eius præstat reliquis seris, aperit, abstergit, incidit, laxat, hinc frequenti vsu ad infusiones purgandæ Melancholiæ recipitur.

7. Lapelli in ventriculis & felle reperi commendantur, vi diaphoretica & resolutiua.

8. Stercus calfacit, siccat, abstergit, digerit, aperit, acrisque est facultatis.

Hinc vsus præcipui in duris tumoribus. Lienis & aliarum partium, in parotidib. ac bubonib. in viceribus desperatis consolidandis (cum vino veteri expressum & appositum) hydrope, (imponitur ventri) in coxendicam dolore, vsum tenuioris est substantiæ, congruitque ad omnia vitia, quæ extergi volunt, ut ad alopecias,

lichenes, &c.

Intrinsicus conuenit Splenicis, exhibetur itidem In Ictero, menstribus retentis & morbis similibus.

9. Vrina (hirci) commendatur præ reliquis omnib. vrinis ad calculi attritionem, vrinæque expulsionem, (calidè ut ex hirco egeritur epota.

Hinc conuenit & in Hydrope, &c. (destillata).

10. Vesica Vrinarie exiccata ac pulverisata vrinæ incontinentiam peculiariter curare dicitur.

Dosis ℥j. exhibita.

11. Omentum mitigat feroces & ebullientes spiritus, (calidè impostum) hinc prodest in dolorib. colicis, in Mania, &c. Præterea vrinam obstructam pellit; ventri impostum.

12. Pellis sedat diarrhæam, (decoctum eius bibitum) sistit Hæmorrhoidas. & præcipuè narium, (Cinis pilorum inspersus).

N. Hædus est pullus caprinus seu renellus caper, infra menses sex constitutus; eapropter ut natura cum capris conuenit, ita & viribus, quas tamen ratione iuuentutis teneriores & imbecilliores obtinet.

13. Fel febrim quotidianam curat. (cum pane an. & oui albumine addito oleo laurino in cataplasma redactum ac Ventri impostum. Petr. Hispan.

X. Capra alpina, s. Rubi. Capra.

Dama } Mas.  
Gembz, } Fœmina.

Caprarum genus syluestre est, magnitudine ac figura domesticis conforme; amans alpes, gaudens herbis alpinis è fabulo nascentibus, & præcipuè doronici radice nigra.

RRi# OFFICIN



## OFFICIN. NAT.

1. Sanguis. 2. Seuum. 3. Iecur. 4. Fel.  
5. Stercus. 7. Lapis.

1. Sanguis recens vertiginis est medela (*bibitus*)

2. Seuum Phthisi exulcerationique pulmonum succurrit, (*cum lacte assumptum*.)

3. Iecur alui fluxum sistit, (*puluis assumptus*.)

4. Fel. oculorum nubeculae, nyctalopiaeque auxilio est

5. Stercus calculum atterit & expellit.

6. Lapis in capsula supra ventriculum nonnullarum rupicaprarum reperiri solet, (*ut Bezoar reperitur*.) magnitudine variante, & maxima ad iuglandis magnitudinem ascendente, colore nigro, odore dum frangitur gratissimo.

Huius *Vires* experientia docuit insignes ad febres malignas, venena, pestem, & simil. Vnde alij Bezoar Germanicum vocant.

Dosis gr. xv. ad xx. ad praecauendum gr. iv. vel v. *Casus*. Bauh. de Lap. Bezoar. c. 13.

## XV. Capri Cerua Orientalis, e qua Lapis Bezoar. Orientalis.

Est animal Persiae ac Indiae Orientalis, partim Ceruo simile, partim Caprae: hinc fit, ut aliis Capra audiat, aliis hircus, aliis Capricerua: V. g. dicitur Capra Indica, Amata; Capra Montana, Monardo; Capra sylvestris, Lacuna; Pazon, Persis.

## OFFICIN. NAT.

Lapis Bezoar Orientalis, qui est Lapis in dicto animali repperit, (*ac potissimum in prouentriculo*, hinc & in

ventriculo aliisque cavitatibus internis,) figura scilicet variante, ouali, rotunda sessili & intus caua, (*meditullio paleam, pilos vel simile continente*) superficie leui & splendente: substantia e laminis instar caeparum sese inuicem incumbentibus, compacta: Variante item colore (*plerumque arouirente, hinc dilutius virente, pallecente, cineritio, fuluescente, melleo, &c.*) odore nullo: variante magnitudine & pondere (*plectique scilicet. infra iuglandis magnitudinem constitutis, nonnunquam & paulo maioribus.*)

N. Dantur & adulterati seu falsi, confecti scilicet ex lapidum fragmentis & pice artificiose coagmentatis: Item ex creta, cineribus testarum, sanguine sicco & lapidibus Bezoar minoribus puluerisati & cum liquore incorporatis: Item ex ☉ ☽ ♀ ignis artificio compactis, tinctis, &c. Qui sane non modocitra utilitatem, sed & cum detrimento in usum accersuntur.

Nota ergo bonitatis ab Authoribus passim notata sunt.

1. Forma a forma renum aut ovi columbini exterius leuigati diuersa, ut pote qua signum lapidis adulterati.

2. Structura laminis multis instar caeparum sese inuicem incumbentibus, iisque singulis glabris, leuibus, splendore coruscantibus: quod tamen alij reprobandant.

3. Cavitatis (*meditullium*) (expers rei heterogenea praeter puluerem, quidam malunt inclusam paleam, festucam, granum, & sim.)

4. Pondus aliis leuius, nonnullis grauius.

5. Commissio cum calce, i. e. si lapis humectatus, & calci vel muro affricatus calcem colore viridi tingat: si lapis calce vinctus



viua (cui admista aqua) inunctus, paulo post flavescat: si lapis charta creta oblita affricatus viridem inducat lineam: si pulvis cum calce viua mixtus colorem ex pallido virentem referat, (quod tamen non de omnibus verum esse potest.

6. Friabilitas & dissolutio in  $\nabla$ . qua tamen itidem & falsi lap. propria esse non requirit.

7. Lignatio, i.e. si acus candens intrudi possit.

8. Disparitas fragmentorum cum gypso aut terra cocta (in duritie scilicet).

9. Experimentum.

Verum enimvero summa in diiudicatione lapidis cautio adhibenda est, neque absque notarum syndrome de bonitate, quid certi statuere expedit. Præstantissimus tamen inter ceteros habetur Persicus.

Vites Corroborat, sudores ciet, alexipharmacus est, ideoque utilis in vertigine, Epilepsia, Lipothymia, Palpitatione cordis, Ictero, Colica, Dysenteria, Vermicatione, Calculo, Mensib. obstructis, partu difficili, Melancholia. Præcipue autem in peste, febribusque malignis, venenis assumptis, Quin & extrinsecus adhiberi poterit in scrophulis apertis, cancro ulcerato & simil.

Dosis à gr. iij. ad xii.

XII. Capri Cerua Occidentalis.

Est animal Peruanum, Capriceruo Orientali simile, cornib. tamen orbum, depascens herbas salutiferas.

Dicitur Vicuniras, f. Taraguas Iof. A Costa.

OFFICIN. NAT.

Lapis Bezoar Occidentalis, qui est lapis locis iisdem animalis, vt de priori dictum, circa rem heterogeneam

in cavitare media contentam, tunica- tim concretus, Orientalibus vt plurimum maior, superficie scabra, colore cineraceo, albo, nigro, oblcure virente, (qui optimus.

N. Præstantiores habentur (vti & Orientales) ex animalibus montanis exempri.

Vires. Iisdem viribus celebris est cum Orientali, cuius tamen bonitati non parum cedit. Hinc utilis compertus est in affectibus cordis, venenis, febrib. pestil. quartana, (cuius symptomata mitigat) Melancholia, morbis diuurnis, Lumbricis, Epilepsia & simil. Nec minus & extrinsecus conuenit in vulnerib. venenatis (inl'perfus.) Monard.

Dosis maior quam Orientalis, sc. à gr. vi. ad xx.

N. 1. Peculiare habet, quod aluum quoque nonnihil moueat

N. 2. Affertur & Lapis Bezoar ex noua Hispania, sed Peruano aliquantulum vilior & debilior.

XIII. Capreolus, Capra.

Ααρως & Mas, Capreus, Rehebock.  
 鹿, & Fæmina, Caprea, Rehegeisz.

Animal est corpore ceruum referens, cornua exigua alens, ceruinis ferè similia, morib. timidum, lepidum, alacre, cursu velocissimum, visu æque noctu ac interdii pollens.

OFFICIN. NAT.

1. Caro. 2. Coagulum. 3. Iecur. 4. Fel. 5. Lien. 6. Stercus.

Vires.

1. Caro in cibo conuenit Diarthæ & Dysenteria.

2. Coagulum iisdem affectib. conuenit (in vino potum).

3. Iecur oculorum aciem reficere

R R r r 2 creditur



creditur, (comestum, potum, extusque suffumigatum, instillatum, &c.) sanguinis hæmorrhagiam & præcipuè narium fistit (cinis insufflatus).

4. Fel maculas faciei abstergit, (illicum, oculorum albugines & nubes, aliosque affectus curat, (cum melle inditum) aurium tinnitus reprimat, cum Ol. rosar. instillatum (odontalgiam mitigat (simili modo.

1. Stercus lèteritiam soluit (potum. N. In reliquarum partium viribus cum capris conuenit, fortiores tamen easdem obtinet.

## XIV. Castor.

Kd. <sup>207</sup> Fiber, animal est amphibium, aqua ac terra ambiens, viuens piscib. & fructib. corticibusque arborum. Biber.

## OFFICIN. NAT.

1. Axungia. 2. Testiculi, qui Castorium vocantur. 3. Pellis.

## Vires.

1. Axungia peculiariter neruoso generi ac vtero conuenit, adeoque morbo comitiali, membris resolutis, conuulsis, apoplexiæ &c.

1. *Καστοριον*, Castorium, testiculi Castoris. Hi excisi beneque purgati in sese exiccantur, siccanturque in loco umbrato suspensi asseruantur. Durant citra corruptionem ad septennium.

N. Adulteratur per Gummi Ammoniacum, quod cum Castoris sanguine Castorioque subactum in vesiculam conicitur, exiccaturque.

2. Renes Castoris Vesica induntur ac siccantur: Fraudis autem huius cognoscendæ gratia notentur distinctionis notæ.

1. Testiculi genuini ambo ex vno oriuntur principio.

2. Adulterini Testiculi maiores vt plurimum existunt.

3. Genuini sunt grauis & ingrati odoris, validi, acris mordacis & amari saporis, substantiæ fragilis. Fugendum porro nigrum & rancidum castorium.

Vires. Cal. 3. sic 2. attenuat, aperit, status discutit, nervos neruosasque partes, adeoque caput roborat, spirit, animales torpidos excitat, venenis resistit, sterminatorem ciet, anodynum est, menses promouet. Hinc proficuum est in Lethargo, Apoplexia, Epilepsia, Paralyti, Vertigine, artuum tremore, defluxionib. ad articulos, strangulatu vteri, dolore colico: idque usu tum externo, tum interno. Insuper tinnitus aurium ac difficultatem audiendi corrigit (auri inditum) dentiumque dolori, succurrit.

N. 1. In strangulatu vteri variis modis adhibetur, admouetur naribus, subligatur axillis, inditur umbilico.

N. 2. Opii virulentiam corrigit.

3. Pellis opem fert Podagricis & Paralyticis (parata & induta.

## PRÆPAR.

1. Oleum Castorei infusum, vide Dispens. Aug. & Norimb.

2. Ol. stillat.

3. Castorei q. v. dissolue in + aut macera in Vino, eiusue spiritu, hinc destilla l. Δ. per  $\Omega$  vitream.

N. 1. Rectifica cum aceto

N. 2. Procedi in eodem potest vt in destillatione Olei Philosophici, lateres sed ignitos axungia imbibendo & destillando.

3. Electuarium Diacastorium, vide Dispens.

4. Extractum fit l. c. cum  $\nabla$  rectificato.

N. Alij extrahunt cum  $\times$ , quo rursum



CLASSIS I. DE ANIMALIB. 685

sum abstracto, reiterant cum *V. Quer-*  
*cetanus* adhibet aquam destillatam con-  
 nuenientem, v. gr. *Melissa*, *Calendula*,  
*Pæonia*, aut similes *Antepilepticas* &  
*Cephalicas*, maceratque in *B. M.* ( & 4.  
 aut 5. ) *Pharmac. Rest. c. 25.*

Dosis à gr. v. ad xii.

XV. *Catus domesticus.*

*Αἴλουρος, Ταλαίωτος*  
 Felis, Catus, } Domesticus  
 } *Katze, Hantz-*  
 } *katze. Sylue-*  
 } *stris vvilde Katze*

Animal est libidinosum, visu  
 acutum.

OFFICIN. NAT.

1. *Axungia*. 2. *Sanguis*. 3. *Caput*. 4.  
*Stercus*. 5. *Pellis*. 6. *Secundina*.

1. *Axungia* cati castrati, calfac.  
 emoll. discut. mirificè articulorum af-  
 fectib. prodest.

N. *Præstat axungia cati sylvestris.*

2. *Sanguinis* gut. 3. ( ex *venula sub*  
*cauda aperta cati maris*, ) caducum pe-  
 nitus curant ( *epota* ) *Schyvenckf. Quin*  
 & cati sanguinem, ( ex *incisa aure de-*  
*tractum* ) herpeti cum successu vidi  
 inunctum.

3. *Caput* cati nigri incineratum ad  
 oculorum vitia, vnguem, nubeculam,  
 albuginem, &c. remedium præstantis-  
 simum esse, si quotidie ter insuffletur,  
 scribit *Mizald.*

N. *Venenum* quod felibus adscribi-  
 tur, in solo capite ac cerebro stabulatur,  
 non reliquo corpore, utpote quod in ci-  
 bum nonnullis venit.

4. *Stercus* ( cum *sinapiana* ex *†. illi-*  
*tum* ) alopecias curat & podagricos  
 iuuat.

5. *Pellis* gestatur ad calfaciendum  
 ventericulum, articulosque contractos.

6. *Secundinam* de collo suspendunt  
 ad oculorum affectus arcendo. Præfe-  
 runt autem cati primipari, eiusque  
 nigri.

XVI. *Cathus Zibethinus.*

*Gibeth Katze.*

Animal est peregrinum, ad nostras  
 oras tamen transportatum, à nonnullis  
 oblectationis ergò ali capit.

OFFICIN. NAT.

*Zibethum*, ( *Ciueta, Zibetta*, quod est  
 eius excrementum ( con sudor ) inter te-  
 sticulos concretum vesica inuolutum  
 ex qua incisa *Zibethum* depromitur.

*Vires. Calidum, humidum est atque*  
*arodynum. Vfus crebri in dolore colico,*  
 ( *inungitur umbilico,* ) *in dolore ventris*  
*infantum, in strangulatu vteri, ( appli-*  
*catur vulua, vel canernula umbilici.*

XVII. *Cervus.*

*Erzbe* } *Mas, Cervus H. b.*  
 } *Fœm. Cervus Hin. Hindin.*  
 } *Hinnulus.*

Animal est viuacissimum ( ad annos  
 100. ) cursu velocissimum, cornua quo-  
 tannis mense Aprili deponens, coit  
 mense Augusto & Septembri, circa  
 diem *Ægidij*, parit mense octavo.

OFFICIN. NAT.

1. *Cornu*. 2. *Corium*. 3. *Os de corde.*  
 4. *Genitale*. 5. *Testiculi*. 6. *Sanguis*. 7. *La-*  
*chryma*. 8. *Medulla*. 9. *Senum*. 10. *Talus*  
 s. *Astragalus*. 11. *Lapis.*

*Vires.*

1. *Cornu* crudum resistit putredini,  
 malignitatem corrigit, sudorem ciet,  
 balsamum humanum corroborat. Hinc  
 vsus eius proficuus in variolis, morbi-  
 lis, febrib. putridis & malignis, aliisque

RRrr 3 morbis



morbis ubi sudore opus est. Incoqui potest decoctis, macerari in infusionibus, (quippe in substantia exhibitum, crudum ferè egeritur.

N. Commendatur collectum intra festiuitates Mariae, i. e. ante 15. Augusti, & 8. Septembris.

PREPAR.  
ex Cornu.

1. C. C. vstum, v. l. 2. c. 43.

2. C. C. preparatum, fit ex vsto, quod cum  $\nabla$  cordiali l. a. laeuigatur.

Vires. Vi sua siccante putredini resistit, fluxus alui sedat, vermes necat, sudores ciet, Medicinæque infantib. familiarissima.

Dosis à  $\mathcal{D}$ j. ad  $\mathcal{Z}$ j. & ultra.

3. C. C. philosophicè calcinatum, vide l. 2. c. 43. Sudores ciet, morbis malignis confert.

Dosis ad  $\mathcal{Z}$ ss.

4. Magisterium: Cornua rasata soluntur in  $\times$  precipitantur per Ol.  $\mathcal{F}$  vel  $\mathcal{G}$  i. edulcoranturque ablutione cum  $\mathcal{F}$ . Hinc siccata seruantur.

N. 1. Alij solunt cum spir. , quo dein rursus abstracto, Magisterium in fundo relictum edulcorant. In abstractione a. sp.  $\mathcal{G}$  i. cautione opus est, ne se. accensio, qua facile accidere alias potest, damnum pariat. Cautius ergo procedunt, qui solutionis  $\mathcal{Z}$ iv. affundunt  $\nabla$  fontan. mensur. i. ac filtrant, filtratumque si opus sit instillando Ol.  $\mathcal{F}$  precipitant.

N. 2. Alij solunt cum  $\nabla$ , precipitantque cum sp.  $\mathcal{G}$  i. ac edulcorant.

N. 3. Magisterium precipitatum cum Ol.  $\mathcal{F}$  flauescit, è contra cum Ol. aliquo minerali. E. gr.  $\mathcal{G}$  i. euadit candidum.

5. Galreda seu Gelatina. Vid. l. 2. c. 62.

6. Liquor seu spiritus. Vide l. 2. c. 70. & 81.

7. Oleum v. l. 2. c. 70.

N. Veri olei C. C. descriptionem vide in Kessler.

8. Sal volatile l. 2. c. 70.

Sunt qui Sal C. C. fixi  $\mathcal{Z}$ j. cum  $\nabla$  rectificati  $\mathcal{Z}$ j.  $\mathcal{G}$  aliquor (12.) digerunt, atque dein  $\nabla$  ad medietatem abstrahunt, residuumque seruant. riuolo Tinctura Salis C. C.

Dosis à gr. v. ad  $\mathcal{D}$ ss.

Extractum. C. fit superfundendo segmentis cornuum cerui aque propriam & tincturam digestionem menstrua extrahendo.

9.  $\nabla$ . e. Typhis ceruinis. Hirsch. Kolben  $\nabla$ .

$\mathcal{R}$ . Cornua Cerui nonnulla, sanguine adhuc succulenta, in frustula concide, destillaque in MB aut VB vel per se, vel cum pauco vino generoso, donec omnis liquor extillarit.

Vires. Virilissima est in febrib. ardentibus malignis.

Dosis cochlear s. vel per se, vel cum appropriata aliqua  $\nabla$  Hartm. in pract. Sem. Inst.

10. Unguentum C. C. anodynum vid. lib. 2.

II. Corium Ex corio fit cingulum, quo mulierculæ vtuntur ad inguina stringenda; vterinasque affectiones compescendas.

Os cordis, Hirsch Kreuzlein, (est arteriarum in basi cordis concursus, qui cum atate & imprimis turgescencia tempore durior fit & in Os degenerat.) peculiariter cordi conuenit, idque à malignitate tuetur, custodit partum & prægnantib. mirè conducit.

IV. Genitali (Priapum) diureticum est, Venerem stimulat, dysentericis colique



colique dolore correptis auxiliatur, Dator tūm tritum, tūm de cocto incoctum, vel & aquam qua genitale ablutum est, exhibere conuenit.

V. Testiculi sicci è vino poti, concubitum cum voluptate excitant. Schvvenckfeld.

VI. Sanguis inassatus sartagine, dyfenterias & cæliacor. profluuia sistit: est & efficax contra toxica; commendatur ad dolores coxendicis & lateris (cum oleo decoctus.

P R Æ P A R.

Etsi ex sanguine ceruino & hircino non minus ac ex sanguine humano elici queant Spiritus. Oleum, & siml. Inprimis tamen in vsum Medicum accersitur:

Balsamus Antipodagricus paratus ad modum qui habetur de sanguine humano.

N. E diētis animalibus si interiora viscera, videlicet pulmones, cor, atque hepar particulatim dissecta unā cum sanguine macerentur, nobilior eorum essentia simul proleētatur.

Vires. In podagra maximi est solaminis, (yllius,) insignis; item eius vsus est in contracturis à quacunque causa subortis, quippe vi salis magnam resoluentiam obrinet. Gluchr. in Beg.

VII. Lachryma fordes quæ in oculorum angulis reperiuntur, velut cera indurata, odoris aliquantulum grauis, tandem fragrantis (lapis vulgo di. utitur) siccant, adstringunt, corroborant, sudorem cient, ideoque aduersus venena, morbosque contagiosos quàm summè celebrantur, vt vel cum Lapide Bezoar viribus certare dicantur.

Quinimo (vt scribit ad me Cl. D.

D. Horstius) profunt lachrymæ quæque in difficultate partus, adeo vt earum vis nuper adhuc sit comperta in mortuo etiam fœta expellendo.

Dosis gr. ʒ. 4. vide Casp. Bauh. l. de lap. Bezoar. c. 8. & 9.

N. Lachrymarum harum aliquot frustula colore obscure fusca, consistentia cerea, pilis immixtis referta, dono liberali mihi imperita est Illustrissima Saxonie Princeps, Sophia Eleonora, Coniunx Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Domini, Dn. Georgij Hassia Landgrauy, &c.

VIII. Medulla ferè omnium laudatissima est, præstatque præ reliquis in vlcere malignis, vt & in Tibiarum vlcere. Plin.

IX. Senum commendatur præ aliis in tumorib. molliendis, vulneribus astringendis; perniones persanat, dolores sedat.

P R Æ P A R A T A.

Ol. stillat. seui vel axungie fit, l. c. lib. 2. c. 70.

Vires. Emollit, lenit, summum mitigatum est in podagra, semel ac iterum de die illitum.

X. Talus s. Astragalus utilis est Dyfentericis.

XI. Lapis in corde, ventriculo, vel intestinis nonnunquam repertus, cum Lapide Bezoar viribus conuenire dicitur. Crato Epist. 160. Encl. de lap. l. 3. c. 49. C. Bauh. de l. p. Bez. c. 11. Inprimis vero lapis è vulua erutus phylacterium esse fertur prægnanti & perficere vt partum perferat.

N. 1. Optima omnia è cerno cernuntur, collecta ex cerno turgescente, quod fit circiter Agidij Fœstum initio Septembris.

N. 2. Cauda cerni venenata est.



## XVIII. Cochlea.

Κοχλῆς, κοχλία, Limax Schnecken.

Cochlea { Testaceæ  
Nudæ (sine testis.  
Fluuiatiles.

Præferuntur quæ in locis apricis & vinetis degunt, herbisque viuunt odoratis, collectæ ante ortum solis vid. Forest. l. 16. 58.

N Fluuiatiles easdem quidem vires obtinent, sed varioris vsus sunt. Generantur ex terra limo, viuunt rore plantisque variis. Inimicantur coturnici ac ardea quibus in pradam & cibum veniunt. Antipathica sunt maximè Lacertis ac Simiis: Nimirum, hæ cochlearum vel & testarum solarum præsentiam adeo formidant, ut sese contrahant, formidineque excrementa egerant.

## OFFICIN. NAT.

1. Cochlea integra. 2. Testa, 3. Pinguedo. 4. Mucus.

## Vires.

1. Cochlea refrigerant, incrassant, consolidant, leniunt, nervis conueniunt ac pulmonib. Hinc vsus præcipui internè ad tussim, phthisin, secretionem sanguinolentam, aliosque pulmonum affectus; hinc ad Epatis calorem, & colicum dolorem.

Extrinsecus maturant ac rumpunt anthraces, (imposita tùm sola, tùm cum felle tauri,) consolidant vulnera præcipuè netuorum, vlcera sanant, (inprimis tiliar.) inflammationes (podagricas) mitigant, ventrem hydropicor. hydrocelemque herniosorum detumescente faciunt (cum testis trita & imposita,) hæmorrhagiam cohibent (fronti applicata.) Spuma ex cochleis sine igne apposita fistulas domare dicitur.

2. Testa trita exhibentur calculosis,

rimas manuum siccant & consolidant.

3. Pinguedo (in elixato brodio, ubi id resfixerit, supernatans,) oculorum turbidini doloribusque medetur, defluxiones ad oculos intercipit (fronti cum album. oui imposita.)

4. Mucus saluosus (quem compuncta cochlea reddunt,) emplasticus est, ideoque glutinans, defluxionesque ad oculos intercipiens (in anacollematis.)

## PRÆPAR.

1. ∇ stillat à carne mense Maio vel Octobr. per MB prolecta conueni redicitur atrophia laborantibus. Epar nimirum corroborare statuitur.

Extrinsecus faciem fucat.

2. Cinis cochlear. Exiccat, incrassat, cutis rimas ac scabritiem exiccat, Synouiam, (das Gliedvasser,) sistit.

3. Liqueur limacum.

Rubri limaces concisi misceantur cum pari pondere O communis, conicianturque in manicam Hipp. ut in cellâ defluant in liquorem, quo dolentes partes podagricæ illinuntur, & verrucæ scalpello prius abraasæ facillè aueruncantur.

S. Cloff.

## XIX. Cuniculus.

Κόνιλλος, Künge, Künghen.

Animalculum est leporini generis, timidum, secundum admodum & prolificum.

## OFFICIN. NAT.

1. Integer vstus. 2. Axungia. 3. Cerebrum.

Vires. Cuniculus totus exustus medetur Anginæ s. faucium inflammationib. cum costo & folio illisui.

2. Axungia articulis & nervis induratis utilis est.

3. Cerebrum



3. Cerebrum venenis resistere creditur, alioquin leporino correspondens.

XX. Elephas.

Ελεφας, Elefantus, Elefand.  
Helffand.

Animal est rarissimum, viuacissimum, placidum ac docile.

OFFICIN. NAT.

Solidentes, Ebur vulgo dicti.

Vires.

Ebur refrigerat & siccatur, moderatè, adstringit, incidit, viscera roborat, albas mulierum fluxiones sistit. Ictico conuenit, lumbricos fugit, diuturnis obstructionibus confert, stomachi dolores & imbecillitatem abigit. Epilepsiam medetur, melancholiam arcet, putredini ac venenis resistit. Adhibetur eius Limatura in infusionibus, quin & puluis in substantia exhibetur.

Dosis ʒb.

PRÆPAR.

1. Ebur vstum (spodium vocant, & ad differentiam spodij mineralis, spodium ex Ebone.

2. Trochisci de spodio, vide Dispens.

N. Sunt qui Ebur ad fecunditatem commendant, verum cum sit animal pauca proles, tardè pariens, (biennium scilicet grauidum,) potius ad sterilitatem fetusque retentionem facere coniecturatur, quam ad conceptionem promouendam.

XXI. Equus.

Ἴππος, Equus Mas, Equa Fœmina, Pferd.

OFFICIN. NAT.

1. Sanguis. 2. Coagulatum. 3. Lac. 4.

Stercus. 5. Lichenes. 6. Testes. 7. Pinguedo iubar. 8. Vngula. 9. Pili. 10. Salina. 11. Dens. 12. Lapis.

Vires. 1. Sanguis (malunt nonnulli equarum admissivam expertarum) admiscetur septicis ac causticis.

2. Coagulatum, (Hippacen vocant,) priuatim celiacis, Dysentericisque conuenit.

3. Lac vtile censetur Epilepticis, Phthisicis, Tussientibus, Asthmaticis.

4. Stercus extrinsecus sanguinis eruptiones cohibet, (tam crudum, quam vstum,) sterum mortuum, ac secundinas expellit (in suffitu).

Internè propinatur in dolore colico, ac strangulatu vteri, & similiter in fetu mortuo & secundinis expellendis.

N. Præstat ex equo a uena nutrito, & non castrato.

5. Lichenes (callosa excrementa in equorum cruribus nascentia,) laudantur peculiariter ad vterinas suffocationes, (suffitu subito facto,) vt & ad morbum comitalem, & calculum. (puluis propinatus.

PRÆPAR.

Extractum Lichenum fit ex lichenebus, siccatis cum V, vel alio appropriato spiritu.

Dosis à gr. v. ad ʒss.

N. Hartman. Menstruum parat ex Melissæ & Vini ana lb. ij. que per Oym ex cineribus destillat. super Succini & Gagatis ʒij. Δ è in fine forti, hinc Vm ab ʒo separatam adhibet.

6. Testes castrati ad secundinas pelendas remedium præsentissimum (puluerisati.) Commendantur quoque in doloribus colicis.

7. Pinguedo iubar colli Kamschmalz illinitur commodè articulis luxatis.

SSss 8. Vngula



8. *Vngula* partus mortuos exturbat (suffitu) pediculos fugat, (suffitu).

9. *Pili* sanguinis fluxum reprimunt.

10. *Salina* spuma oculi triduo pota, tussim sanat, feruorem faucium contundit.

N. *Aqua frigida ex ore equi non castrati in praterfluente potantis elapsa, & subito vasculo collecta, prodest ad sterilitatem emundandam, (semel ac iterum pota) Harim. in pr.*

11. *Dentes* primum nascentes, dentitionem facilitare dicuntur, (appensi.) *Dentes* dealbant, cinis, affricatus.

12. *Lapis (Hippolithus)* in ventriculo aut intestinis equorum nonnullorum repertus, vti *Lapidi Bezoar*, (Occidentali,) figura & laminea structura non absimilis est, ita & virib. eundem æmulari statuitur.

N. *Historias lapidis huiusmodi, cuius magnitudine reperti, habet Iordanus tr. de peste, Phœnom. tr. 3. c. 9. Schwenckfeldius in Theriograph. vide, & c. Bauh. tr. de Lap. Bez. c. 25. His subiungi meretur lapis eiusdem ferè magnitudinis, quem nostro hoc tempore prabuit mortuus equus, (vt audio Hispanicus,) non procul ab Vrbe hac nostra Francofurtensi dissectus; quem aquid Henr. VVlorath. Comitum de Stolberg. videre contigit, Cuius vires easdem cum Lap. Bez. occidentali experientia docuit.*

X X I I. *Erinaceus.*

*Erzot ein Igell,* § caninus.  
*Fochel.* § suillus.

Animal est tectestre, echinatum, Hyeme in cauernis arborum occultatur, vescens murib. iuglandib. malis,

pyris, & simil.

## OFFICIN. NAT.

1. *Echinus ipse.* 2. *Iecur.* 3. *Axungia.* 4. *Ventriculus.*

## Vires.

1. *Subuenit* (coctus vel incineratus & potus) in voluntariè mingentibus, stomacho gratus est. aluumque & vrinam mouet. *Forest. l. 21. 15.*

*Extrinsecus* illitus alopecie subuenit.

2. *Iecur* vel & corpus exiccatum atque cum Oxymelite sumptum, renum vitiis auxilio est, medetur Cachexie, Hydropi, conuulsionib. & Elephantie; viscerum fluxiones exiccant. *Dioscor.*

3. *Axungia* felicissimè herniis medetur. *Harim.*

4. *Ventriculi* tunicam internam commendant ad dolores colicos (assumpti).

X X I I I. *Homo.*

*ἄνθρωπος* § Mas.  
*Mensch.* § Fœmina.

## OFFICIN. NAT.

Sumuntur vel ex partibus corporis viuentis.

## Quales sunt.

1. *Capilli.* 2. *Vngues.* 3. *Salina.* 4. *Aurium sordes.* 5. *Sudor.* 6. *Lac.* 7. *Menses.* 8. *Secundine.* 9. *Vrina.* 10. *Stercus.* 11. *Semen.* 12. *Sanguis.* 13. *Calculi.* 14. *Membrana caput fœtus cingens.*

N. De pediculis vide infra.

Vel ex partibus corporis demortui seu Cadaueris.

## Tales sunt.

1. *Integrum cadauer s. caro.* 2. *Cutis.* 3. *Pinguendo.* 4. *Offa.* 5. *Cranium.* 6. *Vfinea crany.* 7. *Cerebrum.* 8. *Fel.* 9. *Cor.*

I. *Capill.*



*I. Capill.* commendantur ad capillorum productionem, (liquor inde destillatus & cum melle illitus) ad lcteritiam, (pulvis propinatus) ad membra luxata (cum adipe ouillo illitus cinis) ad hæmorrhagiam vulnerum.

*N.* Sunt qui ad quartanam capillos patentis, cum aliis in corpore dispersis pilis permixtos ouo imponunt, dextriter coquunt, & anibus deglutenda obiciunt, qua ratione quartanam curatum iri volunt.

PREPAR.

Destillatum fit per se ex *Signe arena* non admodum valido.

*II. Ungues* cient vomitum, (intus assumpti, tum in pulu. tum in infus.) aquas Hydropicor. ducere dicuntur (resecti à pedibus & manibus atque umbilico alligati.

*N. 1.* Sunt qui ad curandam febrem segmenta è manibus & pedibus ouo includunt anibusque deportanda obiciunt, alij eadem cera inuoluunt matutinòque tempore ante Solis ortum ianua affigunt, alij dorso cancri viui alligant, cancrumque fluenti committunt.

*N. 2.* Ad recuperandas vires, abscessos, ungues & capillos cera si radice incisa imponunt, vulnusque fimo cooperiunt.

PREPAR.

*R.* Rasur vel resegment. puluerit. ℥j. Vini generosi ℔. i. macera, donec in mucilaginem abierunt. Hinc filtra & addita *V* ℥j. reserua.

Dosis à ℥j. ad ℥vi. vel ℥j.

*III. Salina* ieiuni hominis commendatur ad venenatos morsus, serpentis, canis rabidi, & simil.

*IV. Aurium sordis* (cerimen) colica laborantib. presentissimum perhibentur Remed. (in potu si assumatur.

Extrinsecus medentur icthib. Scor-

pcionum, conglutinant vulnera, fissuras & scissuras cutis.

*V. Sudor* vsus proficui dicitur, contra scrophulas, si cum herba radiceque verbasci mixtus folio inuoluatur, inque cinerib. calefactus imponatur.

*VI. Lac* refrigerat, lenit, maturat oculorum rubedini subuenit.

PREPARATA.

*I. V. lactis* *D. ia.*

*R.* Lactis & *D. i* alb. an. destilletur vt phlegma saltem prodeat, relictis acriorib. spiritib.

Vires. Oculorum rubedini, aliisque inflammationib. mirè confert.

*2. Buryrum*: Insigne est ophthalmicum.

*VII. Sanguis menstruus*, (Zenith inuencule) exiccatus commendatur intrinsecus ad calculum & Epilepsiam. Extrinsecus sopit dolores podagricos, (cum adipe bouina inunctus.) Conducere item dicitur in Peste, apostematib. carbunculisque (impositum lineum quod fuerit humectatum in +. vel *V* rosar. menstruo illo sanguine impregnata.) Erysipelata extinguit, pustulas faciei abstergit.

*N. 1.* Commendatur qui prima vice erumpit.

*N. 2.* Ad immodicum menstruorum fluxum cohibendum, sunt qui pannum menstruo sanguine imbutum certo tempore Cerasi radice in cortice aperta induunt, incisuramque iterum operiunt.

*VIII. Secundina* (veleius loco Umbilicus infantis,) magni fit ad stramas gutturis tollendas, (calcinata & in *V* abrotan. quotidie exhibita pondere ℥℔.

idque *(* decrescente,) ad Epilepsiam & philtera compescenda; ad molam & foetum exterminandum, nec non ad animalia enecanda, etiam ea quæ ma-



lesicio in homine extiterint *Hartm.* ad  
 naeos maternos commendat, alij ad do-  
 lorem colicum (gestatam loco amuleti.

*IX. Urina*, calf. exiccat, resoluit, ab-  
 stergit, discutit, mundificat, putredini  
 resistit, ideoque vsus est præcipui in-  
 trinsecus, in obstructione Epatis, Lien-  
 nis, Vesicæ biliaræ, Pestis præseruatio-  
 ne, Hydrope, Ictero, Quin & Mariti  
 vrina hausta partum difficilem facilita-  
 re dicitur.

Extrinsecus siccat scabiem, resoluit  
 tumores, mundificat vulnera etiam ve-  
 nenata, arcet gangrænam, soluit aluum,  
 (in clysmate) abstergit furfures capitis,  
 (cum  $\Theta$  mixta,) compescit febriles in-  
 sultus, (pulsui applicata,) exulceratas  
 aures sanat, (instillata pueri vrina) ocu-  
 lorum tubedini subuenit, (instillata)  
 artuum tremorem tollit, (lotione) vuulæ  
 tumorem discutit, (gargaris.) Lienis  
 dolores sedat (cum cinere cataplasma-  
 tisata.) *vide Hieronym. Reusnerum Syn-  
 ops. de Remedijs ab vrina desumptis.  
 Tabernemont. VVasserschatz.*

## PRÆPAR.

1. Spiritus volatilis, Sal  
 volatile.

$\mathcal{R}$ .  $\square$  x pueri, (ann. 12.) Vinum bi-  
 bentis recentis, destilla per  $\mathcal{X}$  in fer-  
 uenti  $\mathcal{M}$ . Hinc cohoba super feces,  
 prodibit.  $\mathcal{L}$   $\square$  x cum suo phlegmate  
 mixtus, quem si libet dephlegma, &  
 habebis spiritum. Hunc si ex phiola  
 eleues, nancisceris sal volatile candi-  
 dissimum.

Vires. Auxilijs nobilissimi censetur in  
 pellendis lapillis, (potus cum conueniente  
 liquore, sed valde fetet.

N. 1. Celeberrimus est, ob tincturam  
 ceruleam Smaragdi, cuius preparationi  
 menstruum præbet. (cum phlegmate.

N. 2. Libanus rectificat, imponique

podagricis, asthmaticis, calculosis, per  
 syringam in vesicam immittit, (impre-  
 gnatum tamen antea essentia Saxifra-  
 gor. v. gr. Crystall. lab. Lync. & simit.

2. Aliter  $\mathcal{L}$   $\square$  igneus, f.

Sal volatile.

$\mathcal{R}$ .  $\square$  pueri V. bibent. q. f. (mens.  
 30.) euaporet leni admodum  $\Delta$  ad con-  
 sistentiam vsque Syrupi. Residuum  
 hoc reconde in phiola longissimi col-  
 li, & destilla aère frigidiore, (ut sc. in  
 $\mathcal{X}$  condensetur,)  $\mathcal{E}$  lb. vel  $\mathcal{A}$  & pro-  
 dibit  $\mathcal{L}$  in  $\mathcal{X}$  instar niuis lese ele-  
 uans, frigore coagulabilis, sed leni ca-  
 lore fusibilis. *Osuald.*

N. 1. Hunc Spiritum si purificato suo  
 Sex fecib. scil. elixiuato coniuuaueris,  
 cohobisque aliquot volatilifaueris, men-  
 struum habes usigne ad elicienda vtri-  
 ola è metallis & præcipue è  $\mathcal{C}$ a.

N. 2. Eundem spiritum ( $\mathcal{S}$ ) optime  
 solutionibus & coagulationibus purifi-  
 catum, si aliquandiu ( $\mathcal{C}$   $\mathcal{P}$   $\mathcal{S}$ .) in  $\mathcal{B}$  di-  
 geris, soluetur: Solutionem ergo si de nouo  
 cum  $\mathcal{V}$  rectificatiss. maceraueris,  
 ( $\mathcal{C}$   $\mathcal{P}$   $\mathcal{S}$ .) menstrui pariceps es soluendo  
 $\mathcal{C}$  idoneum.

3. Spiritus per putrefactionem.

$\mathcal{R}$ .  $\square$  hominis iuuenis (annor. 12.)  
 vinum bibentis quantitatem magnam  
 (mens. 30.) pone in fimum equinum  
 vel  $\mathcal{M}$ .  $\mathcal{S}$ .  $\mathcal{P}$  40 ad putrescerdum.  
 Hinc decanta à fecib. ac destilla per  
 $\mathcal{X}$ , (vel per vesicam,) ex  $\mathcal{A}$  idque do-  
 nec omnis humiditas acutalando ab-  
 stracta sit. Humiditatem hanc coho-  
 ba aliquoties (3.) à capite suo mor-  
 tuo. Tandem destillatum in cucurbita  
 oblongi colli, committe calori, ve  
 alembicus semper frigidus maneat. Sic  
 ascendit Spiritus instar Crystalli, nulla  
 comitata humiditate. Crystallus recti-  
 fica soluendo in  $\nabla$  pluuiali  $\mathcal{G}$  at. &  
 ex



ex phiola, vt prius  $\text{S}$  ando, idque se-  
ries, semper nouam  $\nabla$ . pluui. stillatit.  
adhibendo. Hinc digere Crystallos in  
phiola Herm. cl.  $\text{S}$  15. lento  $\Delta$  e, do-  
nec in liquorem limpidissimum abeant.

N. 1. Sennertus ab  $\square$  dicto modo  
defecata, destillando elicit, saltem quar-  
tam aut sextam partem, eamque leni ca-  
lore ex phiola oblongioris colli dicto mo-  
do sublimat. vide Inst.

N. 2. Aly urinam putrefactam destil-  
lant ex cucurbita, cuius orificium obtu-  
rant charta triplici oleo imbuta, vel  
spongia similiter imbuta, qua  $\Omega$  urina  
igneus tantum transeat.

N. 3. urina quia facile destillando exa-  
scuat, caute ignem adhibere oportet.

N. 4. Sunt qui fotorit corrigendi  
gratia (qui tamen  $\text{S}$  dicto modo aliqua-  
tenus correctus)  $\nabla$  affundunt, eumque  
rursus lento calore abstrahunt, idque  
aliquoties, nouum semper  $\nabla$  affunden-  
do. Verum  $\text{S}$  urina hac ratione corre-  
ctam non  $\text{S}$  urina simplex, sed Magiste-  
rium potius, i. e.  $\text{S}$  urina sale vini im-  
pragnatum dici meretur. Vide de his de-  
stillationibus Harmann. in pract.  $\text{S}$  in  
Croll. Sennert. in Instit. Gluck. in Be-  
guin. l. 3. c. 2. Kest. l. 2. c. 2. 4. c. 42. Bec-  
cher. in Spagyria Microcosmica,  $\text{S}$  c.  
Tenzel. in Exegeti.

Vires. Insigne anodynum est in dolo-  
rib. (si cum liquore conueniente affric-  
tur.) referat quoque tartareas obstruc-  
tiones Viscerum ac Mesenterij, vnde ma-  
gnus eius vsus esse poterit in Scorbuto,  
Hypochondriaco, Cachexia, Ictericia, sta-  
ua ac nigra: atterit calculum renum  $\text{S}$   
vesica, doloresque inde ortos sopit,  $\text{S}$  c.  
Idem Sal si in Sp.  $\text{S}$  i solutus, ac ite-  
rum in arena destillatus fuerit, liquor  
prodit in Epilepsia efficacissimus. Idem  
spiritus optime purificatus, (scil. aliquo-

ties in  $\nabla$  pluui soluendo  $\text{S}$  destillan-  
do,) eumque  $\nabla$  anaticè vnitus soluit  
 $\text{S}$ , vnde  $\text{S}$  potabilis, vide  $\nabla$  micro-  
cosmicum.

4.  $\Omega$  Antepilepticus, ex vrina  
&  $\text{S}$  i di.  $\mu$ io digestis  $\text{S}$  destillatis. Vi-  
de lib. 2.  $\text{S}$  9.

N. Quercetanus de signat. Rev. plu-  
ribus eundem describit, eademque opera  
elicit  $\text{M}$ .

1. Phlegma Ophthalmicum (primum  
egrediens.

2. Antipodagricum (acrius 2. destil-  
lans.

3. Per Retortam spiritum glacielem  
i. e. coagulabile, què maximopere depra-  
dicat ad referendas obstruções Epatis,  
Lienis, ad promouendas urinas,  $\text{S}$   
dissoluendum calculum, tum quoque  
ad extinguendas inflammationes  $\text{S}$   
gangranas.

5. Magisterium  $\square$ .

$\text{S}$   $\square$  putrefactam, (vt dictum, )  $\text{S}$   
defecatam, destilla l.  $\Delta$  ex  $\text{M}$ , donec  
phlegma omne prodierit, tunc substi-  
ste  $\text{S}$  rectifica spiritum ex phiola,  
oblongi colli, sic acquires sal volatile,  
quod collige phlegmate reiecto. Resi-  
duum destilla ex arena  $\text{S}$  ascendet vlti-  
rius sal volatile: Ex  $\text{S}$  elixiua sal fi-  
xum, idque coagula ad siccitatem, at-  
que cum triplo argillæ mixtum inque  
globulos redactum, (postquam globu-  
li exiccati fuerint, ) destilla per  $\text{S}$  m,  
(vt destillatur  $\Omega$   $\text{S}$ .) spiritum huic  
affunde stillatim priorem illum  $\square$   
 $\Omega$  m, vel sal volatile, donec celi-  
et strepitus. Hinc da  $\Delta$  m sublimationis  
in  $\cdot\cdot$ ,  $\text{S}$  sublimabitur Sal vrina elegan-  
tissimum, visuque iucundum.

Vires. Efficacius agit hoc sublimatum  
quam precedens,  $\text{S}$  m; totius corporis  
incidendo, per sud.  $\text{S}$  m,  $\text{S}$  m, imò vel  
SSSS 3 per



per aluum expellendo. Plurimos inde ortos affectus curat, vel saltem leuat, quales sunt, Atrophia, &c. Praeseruat isidem à dolorib. calculi, (si singulis Mensibus ante nouilunium assumatur.

Dosis gr. vii. viii. ix. x. in liquore conuenienti.

Vsus eius quotidianus aliquandiu continuari poterit.

6. *Oleum Ludi*, i. e. ☐ ex materiae quae matulae inhaerescit, fit calcinando, per deliquium soluendo.

Vires. Insigne est ad resoluendum calculum.

Dosis ℞j.

X. *Stercus* (carbon humanum Paracelsi, aliis ☐ Occidentale,) emollit, maturat, anodynum est. Ea propter magni vsus ad mitigandos dolores incantatione introductos, (impositum) ad anthraces pestilenciales maturandos, ad phlegmonem, v. gr. gutturis sanguinam curandam, (siccatum, tritum & cum melle illitum,) ad inflammationes vulnerum arcendas. Quin & intrinsecus à nonnullis adhibetur, in Angina, (crematum & potui datum,) in febrib. ad paroxysmos proffigandos, (eodem modo propinatum, Dos. ℞j.) in Epilepsia, (quam stercus primum Infantuli siccatum & puluerisatum, & ad complures dies exhibitum, radicatus euellere aiunt.

PREPAR.

i. ▽ stillantia fit vna & eadem opera cum oleo.

Vires. Mederi dicitur oculorum vnguib. reliquisque passionib. tunica annata, (guttula vna vel altera instillata,) faciei conciliare colorem, pilo producere, vlcera corrosina & fistulas curare, cicatriceque manuum remouere.

Interne prodesse aiunt comitialibus

& hydropicis, lapidemque renum & vesica pellere, morsibusque canis rabidi, venenatorumque animalium subuenire.

2. *Oleum,*

℞. Stercor. Iuuenis, (non pueri) q. p. excicetur in Δ vel furno lento Δ c, postea per XX destilla, Δ c primum lento, sic prodibit phlegma, tandem cum albis Spiritib. oleum Vtrumque per MB rectificetur.

Poterius Andegan. parat hoc modo.

℞. Sterc. human. quant. magn. corrumpatur per se. ac conuertatur in exigua quaedam animalia, & hinc ferè in ☐ erem abeat. Stercus hoc ita preparatum destilla ex ☐, i. Δ blando, mox validiori, sic prodibit ☐ & ▽.

N. Graueolentia vtriusque tollitur rectificationibus & cohobationibus repetitis

Vires. Valet ad tineas capitis, erysipelas exulceratum, lichenes, impetigines (illitum) podagricis doloribus subuenit, cancerum curat & mortificat.

Interne Icterus soluit, Eibau. l. 2. Alohym. Peter. in Pharmacop.

3. *Zibetta occidentalis* nihil est aliud, quam stercus mediante digestionem ad suaueolentiam redactum, qua Zibettam mentitur vid. Agricola.

XI. *Semen s. Sperma*, non modo comperimus per se à nonnullis ad Veneris scik ligaturam maleficam dissoluendam adhiberi, sed & Mumiā magneticam inde fieri, qui amoris concilietur feruor. Quin & homunculum suum inde medietur Paracelsus.

XII. *Sanguis*, (recens adhuc & calidè potus,) conferre dicitur ad Epilepsiam, si sc. potum motus excipiat vehementior, cursusque celerior ad sudoris



doris vsque prorruptionem, hæmorrhagiam quamcunque sedat, (eporus recens vel incineratus.) Quin & extinciscus sanguinis eruptioni medetur, & præcipuè narium hæmorrhagiæ, (cinis inditus vel & recens fronti illitus, ut inibi exiccetur.

N. 1. Potio sanguinis summa cautione opus habet, quippe assumentibus non modo truculentiam inducit, sed & Epilepsiam quandoque generasse comperit est.

N. 2. Sanguis puerperij sanat scabiem volaticam, (recens cum secundina semel ac iterum illitus.) Hartm.

P R A P A R.

1.  $\nabla$  destillat. fit eodem labore cum  $\circ\circ$ .

Vires. Valet in Phthisicis & aridis (epota ad  $\zeta$  1. vel membris affricta,) fistulis purificandis & sanandis, ambustis refrigerandis.

N. Destillatur &  $\nabla$  è sang. & lactis humani. commendaturque ad maculas cutis extirpandas. Hartm.

2.  $\circ\circ$  destillatum

2. Sang Iuuenum (verno extracti,) quant. magn. Alcohol. Vini  $\zeta$  cucurbitis probè munitis, digere in F. E.  $\zeta$  40. dein destilla per  $\mathbb{X}$ , è cinere, & prodit vna cum  $\nabla$ .  $\circ\circ$ . Vtrumque rectificat  $\nabla$  per  $\mathbb{M}$ ,  $\circ\circ$  per  $\mathbb{O}$ . è cinerib. aliquoties (9. 10.  $\zeta$  ando.

Vires. Maximè commendatur ad Epilepsiam radicatus tollendam, si singulis diebus per mensem integrum sumatur  $\mathbb{B}$ . à Nouilunio incipiendo & postmodum singulis nouilunij semel per annum  $\mathbb{J}$ . ad paralytin, apoplexiam, pulmonem exulceratum, pleuresin. Beguin.

N. Destillatio S. H. non vniuersimodi instituta reperitur.

Nimirum:

Destillant alij S. Hm. recentem & adhuc calentem, idque modo duplici, per se scil. & sine additione, tum quoque admixta aliquota parte  $\nabla$  rectificati.

Alij S. Hm. non recentem, sed vel exiccatum, vel digestum aliquavdiu destillationi subiiciunt. Digestionem autem peragunt alij solius sanguinis (addito tantillo  $\mathbb{O}$  is,) alij sangu. cum  $\nabla$  rectific. confusi.

Exhibet autem Anatomia Sanguis  
1.  $\nabla$  m & 2.  $\mathbb{N}$  m, i. e.  $\nabla$  m rectificatam. 3.  $\mathbb{O}$  i. e. Liguorum crassiozem. 4. Sal volatile. S. Sal fixum. Verum nos vsitatioz damus.

3. Oleum rectificatum.

2. Sanguinem Iuuenis sani, mense Maio vena secta extractum, suscipe cucurbita, vt solum  $\zeta$  repleatur. Hinc clauso vase detineatur, in calore mediocri, vt sanguine intumescente tota cucurbita impleatur. Hinc F.  $\zeta$  ratio, primumque exit  $\nabla$  (non magnæ estimationis, nisi quod amplius elaborata, nonnullis ad extrahendum Sal inferuiat.) Reliquum pellatur in cinerib. per  $\mathbb{O}$  m, iuncturis optimè clausis: Destillatum refundatur super feces, fiatque cohobatio vice nona, vt color subsequatur rubinus.

N. Attendere oportet in destillatione, ne nimio  $\Delta$  feces comburas, inque carbonem redigas; ideoque tantum ad siccitatem destilles.

Vires. Maximarum habetur virium ad refocillandos ægrotos. Liban. Syntagm.

4. Balsamus Antipodagricus s. Oleum s. H. alcalisatum. Fit eodem modo.

2. S. H. adhuc calentis, Mens. I. putrefac. aliqu.  $\zeta$  (9.) dein destilla ex  $\circ\circ$  per



per gradus 1. lento  $\Delta$ e, hinc 2. fortiori-  
per  $\odot$ , & exibat Ol. rubicundum &  
ferrens, sale volatili ad spondilia colli  
adharecente  $\odot\odot$  rectifica per colcho-  
tar ex cucurbita  $\Delta$  aliquoties a re-  
centi colchotare  $\text{H}$ ando: demum sol-  
ue in correcto hoc oleo sal & serua.

Vires. *Mirandarum est virtutum in  
podagra, quotidie bis ternè, sex dieb.  
continuis inunctum; sistit dolores tumore  
simul & rubedine euanescente, &c.*

N. Similis energia est balsamus è san-  
guine hircino & ceruino prolektus, in  
quibus tamen & viscera, pulmones scil.  
cor & epar addidisse expedit. Vide  
supra.

5. Spiritus Antepilepticus.

R. S. H. dephlegmati & ter re-  
ctificati, lb. ij. iufusi H. lauendul. (in vi-  
no) lb. ij. M. & destilla per B. M. ad me-  
diocritatem, idque repete tertia vice: dein  
adde  $\nabla$  rectific.  $\text{z}$ ij. & ferna.

Vires. *Valet ad curandam Apople-  
xiam, paralytin, ut & ad Asthma, &c.*

N. Habet & Beguinus insuper S.  
H. Qu. Ess. Biolychnium, Phyltrum,  
Balsamum,  $\nabla$ m sanitatis, Arcana duo.  
Verum cum proluxa horum descriptio,  
Authorque alias in omnium manibus  
versetur, illorum descriptione superse-  
deo.

6. Mumia vite alexiteria.

Est sanguis florentis & benevaleni-  
tis hominis, lento calore exiccatus,  
spiritu limonum &  $\odot$  i spiritu im-  
pregnatus, & in trochiscos cum pauca  
myrrha paratus.

Vires. *Insignis est efficacia in curan-  
dis carbunculis.*

Dosis  $\text{z}$ ss. in  $\nabla$  cinam. mane Ieiuno  
propinata. P. I. Fab. in Chirurg. c. 9.

7. Arcanum sanguinis humani.

P. I. Fabri vide Myrothec. c. 8. Byl-

lick. de natura Spagy. n. 66.

XIII. Calculus Tartarum s. calculum  
in omnibus partibus soluit, & expelli  
facit, ideoque omnib. obstructionib.  
subuenit.

[Pulu. exhibitus. Dosi  $\text{z}$ ij.]

PREPARATA.

1. Sal Crystallinum.

R. Calcul. optimè calcinarum ( vt  
durities lapidis emolliatur, ) coque in  
 $\nabla$ , & soluetur in  $\nabla$ m Citrinam.  
Hinc filtratura euaporata, manet Sal  
in fundo. quod si liber denuo calcina,  
& in  $\nabla$  feruente solue, & coagula re-  
poneque ad crystallisandum.

N. Calcinatio institui potest diuersi-  
modè: Alij calcinant cum  $\odot$  6. horis:  
Alij cum  $\Delta$  &  $\odot$ : Alij cum duplo  
carbonum faginarum.

Sennertus calcinat calculum tritum  
 $\Delta$  e circulari, hinc reuerberij, & tan-  
dem cum carbonibus faginis (in fornace  
figulina. Inst. l. 5. p. 3. f. 3. c. 5.)

2. Oleum s. Liquor, fit si Sal in aère  
humido soluetur.

Dosis gr. vi. ad x.

N. Sennertus, calcinat cum  $\odot$ , hinc  
 $\odot$  cum  $\nabla$  extrahit, &  $\nabla$  separato,  
Sal reponit ad liqueendum.

3. Essentia s. Elixir.

R. Sal calculi Crystall. volatilisa cum  
 $\nabla$ , hinc abstrahe leni calore  $\nabla$ , &  
remanet  $\odot\odot$ . Sennert. d. l.

Dosis à gr. v. ad x.

N. Si ita placuerit, calculum iisdem  
preparationibus cum alijs lapidibus  
subiicere poteris. vide l. 2.

XIV. Membrana, quæ caput non-  
nullorum foetuum cingit, maximam  
vim habere dicitur, aduersus colicum  
dolorem.



CLASSIS I. DE ANIMALIB. 697  
EX CADAVERE s. HOMINE  
MORTVO.

I. Cadaver integrum Caroné, Officinis Mumie titulo venit.

Hæc resoluit sanguinem coagulatum (assumpta Zij. conferreque dicitur, purgationi Capitis, punctioni Lienis, tussi, inflationi corporis, mensib. obstructis, aliisque affectibus vterinis & sim.

Extrinsecus adhibetur vulnerib. consolidandis.

N. Mumia communiter 4. denotat.

1. Mumiam Arabum, quæ est liquamen s. liquor concretus exudans in sepulchro e cadaveribus Aloë, Myrrha, Balsamoque conditis.

2. Egptiorum, quæ est liquamen ex cadaveribus passis asphalto conditis. Nimirum, hoc condiebantur Cadavera vilioris sortis, adeoque & ipsamet cadavera nonnunquam eo modo condita profiant.

3. Pissasphaltum factitium, id est, mixtum pici bitumen, quod pro Mumia venditant.

4. Cadaver sub arena Solis astu torrefactum. Fitque cum in Hammoniorum Regione, quæ est inter Cyrenarum Regionem & Alexandriam, ubi arenaeum Syrtis Ventor. turbine sublatar. incantos viatores obrunt, unde horum cadavera flagrante Solis astu torrentur & excresecunt.

Hæc 5. & Mumia recentiorum addi poterit, quæ fit: Eligatur Cadaver hominis ruffi (quia in hoc sanguis habetur tenuior, adeoque & caro praestantior,) integrum, recens, sine macula, 24. aut circiter annorum, morte violenta (non morbo) interemptum, per diem & noctem luminarium radiis, sereno tamen tempore irradiatum. Huius carnes musculo-

sa frustulatim conscinde, & consperge pulvere Myrrha & tantillo salis Aloës, postea imbibere macerando aliquot & in V suspendatur per 8 6. vel 10. ac iterum cum V imbibatur: tandem in A sicciori, locoque umbrato frustra suspensa staccescant, tunc assimilatur carni fumo durata, sine fœtore, Crollis.

N. Ex his iam recensitis Mumiarum generibus, et si prioribus, si saltem è sanis corporibus haberi possent, suas laudes non derogem, præcipue primo, quod tamen vix ad nos perferri credo: Attamen iis posteriora duo præferenda autumo, utpote in quibus metu sumus soluti, quem incutit Renodæus, Mumiam Officinarum nihil aliud esse perhibens, quam expressum putridi cadaveris succum inspissatum, ideoque magno mortalium damno diuendi.

PRÆPARATA.

Vulgaria quæ Mumia Officinarum ingreditur passim occurrunt.

Suntque

Pulis ad casum, Athanasia, magna, Balsam. Petri de Ebano, Unguentum Sympathetic. Emplastr. Apostol. nigrum, Cerat. pro herniosis Laudan. Opiat. &c.

Insuper sunt minus vulgaria:

1. Tinctura s. Extractum Mumie Quercetan.

Fit ex Mumia vulgari, extrahendo cum & Therebinth. an. iterumque menstr. separando ad mellis consistentiam. Querc. Spagiric.

Vires. Alexipharmaca est, putredineque summopere resistit. Commendatur istidem ad morbos pectoris, Asthma, phthisin &c.

N. Feces remanentes admodum sunt anodina,

T T t 2. Tinctura



## 2. Tinctura s. Extr. M.

Crollij.

Fit ex mumia recentiorum dicta cum  $\Psi$  aut Spi. Sambuci.

N. Ex hac facit Crollius Theriacam de Mumia: que  $\mathfrak{z}$ . Tinctur. Mum.  $\mathfrak{lb}$ . Theriac. Androm.  $\mathfrak{z}$ iv. Ol. Oliuar. Mumiat.  $\mathfrak{z}$ ij.  $\Theta$  Perlar. & Corall. ana  $\mathfrak{z}$ ij. Terra sigillat.  $\mathfrak{z}$ ij. Moschi  $\mathfrak{z}$ j. Dig. per mensem.

Vires. Commendatur ad quavis venena & contagia, subuenit pesti praecavendo.  $\mathfrak{z}$ j. & curando.  $\mathfrak{z}$ j. vel  $\mathfrak{z}$ ib.

N. In assumptis venenis exhiberi potest cum Ol. Amygdal. dul. ad Vomitum.

## 3. Tinctura Alcofata s. Elixir. Mumia.

$\mathfrak{z}$ . Mumia, scil. carnis humanae induratae, tenuiter incisae, affunde Spi. Terebinth. vaseque H. clauso per mensem, ad putrescendum sepone. Expressioni vesica bubula exceptae affundantur aliquotae partes rectific. Inde in  $\mathfrak{X}$  caeco super cucurbitam iuncturis optimè munitis adaptentur, ita ut cucurbita in frigidam  $\Psi$ m posita,  $\mathfrak{z}$ ij. prunaque circa  $\mathfrak{X}$  lento calore officium faciant, cuius beneficio Liquor, s. Q. E. in forma perquam subtili cum  $\Psi$ . per vesicam delabitur. Materia residua reuerberanda & in  $\Theta$  sublimatione redigenda, demum cum Q. E. posteaquam illa à  $\Psi$  per  $\mathfrak{M}$  fuerit separata, circulationis medio vnienda. Quib. peractis Qu. Es. Mumia cum Theriaca & Moscho amplius digeri & ita in forma Elixirij reseruati poterit. Tenz. in Med. Diastat.

Vires. Remedium est presentaneum cum ipsiusmet pestis, tum aliorum deleteriorum.

N. Circumfertur & Tinctura Mu-

mia ex 4. suis Elementis à se invicem separatis denuo coniunctis, quam qui voluerit videre poterit apud Tenz. in Med. Diastat.

## 4. Alia Tinctura seu Arcanum carnis humanae.

1. Carni humanae superfunditur  $\Psi$  rectif. per  $\mathfrak{S}$   $\mathfrak{P}$  (4) decantato  $\Psi$ , irroratur eadem.

2. Spir.  $\Theta$  is, per vices ut magnam eius quantitatem imbiberit, hinc exicca, habes carnem conditam summe proficuum.

3. Ex hac extrahe Tincturam cum Spiritu Vini, vi digestionis in summam fragrantiam redacto. Circulando defeca, ex fecibus calcinatis sal extrahe, idque depuratum Tincturae admisce; & abstrah. P. I. Fab. Myroh. c. 11.

## 5. Ol. Oliu. Mumiat.

$\mathfrak{z}$ . Mum. ante paratam, (induratam) scinde per minima, digereque cum Ol. Oliuar. vase H. C. per mensem. Hinc transfunde in cucurbitam vitr. atque in  $\mathfrak{M}$ . exhalet Mercurius, donec nullus exeat (factor, & Mumia tota dissoluta sit. Solutiorem digere aliquandiu  $\mathfrak{S}$   $\mathfrak{P}$  20. cum  $\Psi$ , postea eundem abstrah. & remanet  $\mathfrak{O}$   $\mathfrak{O}$  tubicundum & odoriferum.

N. Quercetanus recipit recentem.

Vires. Omnes Balsami naturalis habet proprietates, venenatis & pestilentibus affectibus conducit. Quercet. Spagir.

## 6. Ol. exaltatum.

$\mathfrak{O}$   $\mathfrak{O}$  hoc dicto modo paratum exaltari amplius potest, si cum  $\Psi$  aliquandiu digeratur,  $\Psi$  iterum abstrahatur, idque aliquoties (3. 4.) reperatur.

Vires. Tinctura seu oleum hoc Mumiae



miæ exaltatum, tanta dicitur pollere facultate viuifica, vt nulla sit particula, quam ipsa non penetret, nullum vlcus, nullaue corruptio quàm non curet, si ipsius exhibeas bis quotidie per aliquod tempus gr. 4. 5. cum decocto conuenienti Querc.

N. Libanius Carnibus recentibus incisus addit parum  $\Theta$ is & sp. Terebinth. macerat vase claus. colat & factorem aperto vase exhalare sinit, post destillat per  $\Theta$ . vel  $\times$  rectum, additoque moscho, &  $\nabla$  digerit.

7. Aqua Diuina.

3. Torum Cadauer cum Ossib. Carnib. Viscerib. (perempti scil. morte violenta:) fecetur in frustula minutissima, probeque subigantur omnes corporis partes, ne quid maneat incommixtum. Hinc destillabis vice secunda.

Vires. Sunt qui Aquam hanc Diuinam magneticâ suâ virtute maximopere deprædicant.

Nimirum:

Guttulas aliquot Sanguinis, (sc. 3. vel 9.) ex Egro aliquo extracti, miscent cum aliquota parte, (3j.) dictæ  $\nabla$ æ, & que apponunt, quod si sanguis &  $\nabla$  inuicem misceantur, intra breuitemporis spatium (hor. 24.) sanitatem promittunt, si incommixta manserint, breui mortem subsequituram autumant. In defectu sanguinis similiter procedunt cum excrementis, sc.  $\square$ , stercore, sudore, sanie, & simil. Quæ tamen maiori Dosi adhibent.

II. Cutis commendatur in difficili partu & affectib. hystericis, (si venter ea ligetur,) in aridura & contractura articulor. (si chirotheca inde facta induantur.)

III. Pinguedo, toborat, discutit, mul-

cet dolores, remouet contracturas, cicatricum duritiem lenit, foveas post morbillos relictas explet.

PRÆPAR.

Linimentum, misce axungiam cum spir.  $\Theta$  i exactione & redactione relinquitur aliquod viscidum.

Vires. Penetrans est, vsunque habet in ariduris.

IV. Ossa humana, exiccant, discutunt, astringunt, fluxus quoscunque sistunt, adeoque vtilia sunt in Catarcho, fluxu mensum, Dysenteria, Lienteria: Insuper articulor. dolores compescunt.

N. 1. Usitatum est recentiorib. purgantibus ea admiscere.

N. 2. Adhibentur & dentes è maxilla mortui euulsi, commendanturque ad morbos maleficio introductos (in suffitu,) & ad corrosos dentes euellendo, (si sepius illis tangatur,) Hartmann. in practic.

PRÆPAR.

1. Puluis s. Cinis fit l. c. calcinando in fornace figulina.

2. Ossa preparata fiunt l. c. cum  $\nabla$  conueniente læuigando.

3. Magisterium fieri item potest l. c.

4. Oleum fit destillatione per  $\Theta$  v. l. 2.

Vires. Discutit, anodynum est, ideoque insigne antipodagricum.

V. Medulla ossium; commendatur summe ad contracturas membrorum. zur lähme der Glieder.

VI. Cranium ad capitis morbos conferte compertum est, & nominatim ad Epilepsiam, vnde & varias passim compositiones Antepilepticas ingreditur.

Laudatur autem præcipuè Os triquetrum.



quetrum temporum ceu peculiare Epilepsiae specifium.

## P R A P A R.

1. *Cranium calcinatum* fit l.c. in fornace figulina.

2. *Cran. preparatum* fit è calcinato cum  $\nabla$  antepileptica, v. gr. Flor. Tiliae læuigato.

3. *Magisterium Cranij* fit l.c. soluendo in spirit. aliquo acido, v. gr. sp.  $\odot$  & præcipitando.

Dosis ad  $\mathcal{D}$ j. vel  $\mathcal{Z}$ ss.

4. *Magisterium compositum seu spiritus Cranij Essentificatus* fit, si liquori acido, oleo ac sali volatili, Sal quoque fixum ex  $\odot$  extractum coniungatur, & postea simul per mensem philosoph. in cinere illa digerantur ac vantar.

Vires. *Antepilepticum est, cuius vires vulgarium antepilepticorum facultates longè superant.* Brendel.

5. *Oleum* fit destillando crania contusa per Retortam. Exit liquor  $\odot$  &  $\ominus$  volatile.

N. *Officinis hoc vulgare est incorrektum, præstaret tamen cum  $\nabla$  rectificasse.*

Dosis gr.  $\text{iv}$ . ad  $\text{vi}$ .

6.  $\ominus$  volatile vna opera cum oleo acquiritur.

7. *Extractum s. Tinctura Cranij.*

32. Crania 2. vel 3. grossè contusa, digere  $\odot$  aliquot (14.) & cohoba cum spr. Iuniper. vel Saluiae ad eminent. digit. 4. & 5. affuso, macera in phiola longi colli oprimè clausa  $\nabla$   $\odot$  (12. 13. 14.) Hinc exprime per torcularè perquam fortissimè, & exhibit liquor rubicundus oleosus. Cola & abstrahe in  $\nabla$ , ad consistentiam saporæ.

Vires. *Extractum hoc digestum & perfecte depuratum, tanquam thesaurum*

*preciosissimum aduersus Epilepsiam diligenter asseruare fas est.*

Dosis  $\mathcal{D}$ ss. ad  $\mathcal{D}$ j. cum sua  $\nabla$  propria  $\mathcal{H}$ at. *Quercetan. Pharmac. restit. cap. 26.*

8. *Extractum seu Galreda Theophrasto*

32. Limatur. Cranij, digere cum  $\nabla$  (saluato  $\odot$  15.) dein destilla per  $\mathcal{O}$ m (præmissaque maceratione  $\odot$  15.) cohoba vice tertia: tandem destillatum circula. ( $\odot$  5. 6.) &  $\nabla$  MB separato, Essentiam instar coaguli serua.

Dosis g. 5. 6. quotidie. *Quercet. de Med. Spagy. præp.*

VII. *Vsnea Cranij* (i.e. Muscus nascens in cranio interempti, aëri exposito,) alstringit validè.

Vsuique magni est in Hemorrhagia quacunque, v. gr. narium (inditus

N. 1. *Sunt qui Vsneam in manibus retentam Hemorrhagiam quancunque incantamenti instar, suppressere tradunt.*

N. 2. *Adnascitur & aliis Ossibus aëri expositis Vsnea quadam, quam vi-liorem quidem reputant, verum & huic magnam vim adstringendi in esse, experientia docuit.*

Ingreditur Vsnea Cranij compositionem Vnguenti Sympatherici s. Magneticici v.l. 2. c. 87.

VIII. *Ex Cerebro sunt.*

1. *Spiritus Cerebri humani. Aqua aurea distilla.*

32. *Cerebrum hominis iuuenis (infra an. 24.) sani, violenta morte perempti, cum omnib. membranis, arteriis, venulis & neruis, cum medulla spinali tota, conuassa & affunde aquarum Cephalicarum, (s. Tilia. Pæon. Beton. Ceras. nigr. Lauendul. Lil. Conual. inprimis Diaphoretici in acutis) q. s. ad eminent. dig. 4. vel 5. relinquatur aliquandiu.*



du, & postea per cohobia g̃entur. Ex  
fecib. calcinatis elice Sal, quem deinceps  
cum  $\text{O}$  u facto coniunge &  
totum curiosè serua.

Vires. Antepilepticum infigne reputatur.

Dosis à  $\text{ʒj}$  ad  $\text{ʒv}$ . Hartm. in pract.

N. Ex Cerebro Aleis infigne itidem  
Antepilepticum simili ratione parari  
poterit.

2. Oleum Cerebri.

Substantiæ Cerebri admisce nonni-  
hil salis commun. ac destilla per  $\text{Dm}$   
vitream ex  $\text{☉}$

Vires. Infigne quoque Antepilepti-  
cum est, caputque summe confortat.

N. Tota ferè Cerebri substantia in  
 $\text{☉}$  redigi poterit, hinc parum Salis ex-  
pectandum.

3. Aqua Antepileptica.

ʒ. Cerebri humani  $\text{ʒiij}$ . Aqu. Lil.  
Conual. Lauendul. primul. Ver. Vin.  
Maluat. an.  $\text{ʒiij}$ . stent infusa  $\text{☉}$  5. dein  
g̃entur per  $\text{MB}$ .

IX. Ex felle humano fit Extractum  
cum  $\text{W}$ , quod auri instillatum mirè  
surditari subuenit.

X. Cor. Epilepsiæ medetur, (siccatum  
& exhibitum.

Et hæc sunt quæ de Medicamentis  
ex Homine de promptis cõpendij ratio  
scribere permittit, vltiorem farraginem  
qui cupit, passim apud Authores inue-  
niet. Peculiarem quoque inde conscrip-  
sit Tractatum Clarissimus Dn. D. Da-  
niel Becker, Professor & Physicus Re-  
giomontanus, qui primum in 12. post-  
modum superiorib. annis in 4. suffi-  
cienter augmentatus prodiit.

Lacertus.

Vid. Insectorum Classsem.

XXIV. Lepus.

Λαγώς. Hæsa.

Animalculum est timidissimum ac  
fecundissimum, quoquo tempore  
coiens.

OFFICIN. NAT.

1. Cinis Leporinus. 2. Caput. 3. Ocu-  
lus. 4. Sanguis. 5. Pulmo. 6. Cerebrum. 7.  
Cor. 8. Secur. 9. Fol. 10. Renes. 11. Testi-  
culi. 12. Stercus. 13. Coagulum. 14. Talus.  
15. Axungia. 16. Stercus. 17. Pili.

1. Cinis fit ex Lepote integro con-  
busto (præstat qui Verno tempore ca-  
ptus,) vel ex pelle tota, ad nigredinem  
cinereumue volorem incinerata. Præ-  
stantissimum Medicamentum est in  
calculo.

Dosis ad  $\text{ʒj}$ . &  $\text{ʒβ}$ . vel  $\text{ʒj}$ .

Alopeciiis item & Pernionib. extrin-  
secus medetur.

N. Laurenberg. Leporem non calcinat,  
sed animal decollat, ollæque inditum  
exicat in clibano, pulu. exhibet.

2. Caput Alopeciæ subuenit, (cinis  
cum melle inunctus,) dentes dealbat,  
(cinis in dentificiis.

3. Oculi Leporini Martio capti, va-  
lent ad partum difficilem, secundinas  
& molam propellendam, (siccati scilicet  
cum psere sine ulla compressione,  
impositique vertici ut pupilla verticem  
tangat.

4. Sanguis illitus cutis vitia in facie,  
vti lentigines vitiliginemque sanat,  
assatus, Dysenterias & Cæliacorum  
profluvia sistit, calculum comminuit.

5. Pulmo suspiciosos iuuat, Epilep-  
siam curare dicitur, (muria conditus  
& quotidie cum Myrrha comestus per  
mensem;) perniones sanat (impositus.

6. Cerebrum gingiuis infantum af-  
fectum dentitionem faciliat, tremores



artuum emendat (*inassatum & mansum.*)

7. Cord dicitur itidem Epilepsiam curare (*simili modo quo pulmo adhibitus,*) dolores vterinos arcere, (*puluis assumptus.*) Quartanae peculiariter mederi, (*in partes tres dissectum & praemissis vniuersalibus initio* 3. Paroxysmoram, *tertia parte singulis vicib. propinatam.*)

8. Fecur fluxum sedat alui, Iecinerosisque opem fert.

9. Fel. Ophthalmicum & Otalgicum insigne exhibet.

10. Renes & Testiculi calculosis propinantur, (*siccati:*) conceptum iuuant (*à mensib. assumpti:*) mictionem inuoluntariam corrigunt.

11. Testiculi. Urinae incontinentiam tollunt, Vesicae morbis subueniunt, ad conceptionem faciunt, (*puluerisati & assumpti.*)

12. Vterus itidem conceptionem promouet (*siccatus & à mensibus propinatus*)

13. Coagulum sanguinem concretum discutit, conceptionem promouet (*post menstruas purgationes vulua cum butyro impositum,*) potum v. partum enecat. Epilepsiam arcet, &c.

N. Praestantissimum est quod eximitur antequam aliud quid, prater Lac maternum degustauerint.

14. Officulum Tali (*der Hasensprung*) commendatur ad arenulas, Colicam, Epilepsiam, partusque enixionem (*puluerisatum & exhibitum.*)

N. Idem de Vertebrae cauda affirmant.

15. Axungia extrinsecus applicata, maximè si vetusta sit, tanta pollet attachendi vi, vt vel spicula cuti infixae eliciat; insuper abscessus rumpit, dolores

dentium medetur, (*pone aures posita.*)

16. Stercus calculosis prodesse dicitur, (*cinis exhibitus,*) Dysenteriae conuenit, (*potum*) ambustis medetur (*impositum.*)

17. Pili Limentis sanguinem sistentib. miscetur.

## XXV. Lupus.

*Nxor,* Lupus, *Wolff.*

Animal est audax, rapax, vorax, cani non absimile, vnde & Canis fyluestris nonnullis Venatorib. audit.

## OFFICIN. NAT.

1. Dentes. 2. Cor. 3. Hepar. 4. Intestina. 5. Axungia. 6. Ossa. 7. Stercus. 8. Pellis.

## Vires.

1. Dentes argenteo inclusi infantulis familiares sunt, quib. gingiuas sc. fricant, dentibusque erupturis patescere faciunt: alligati pauores eorum prohibent.

2. Cor comitialib. prodesse fertur (*costum & tritum.*)

3. Epar. Epatis vitiiis confert, idèoque & Hydropicis ac Emaciatis, nec non & tussientib. (*siccatum & exhibitum.*)

4. Intestina, imprimis ad colicos dantur dolores, quos itidem arcere dicunt circumligata: hoc item fertur de corio.

Dosis Intestin. arefactor. & puluerisator. ʒj.

5. Axungia non vilioris virtutis est, quam canina: calf. digerit, articularib. morbis medetur, oculorum lipitudini confert, *sicæ fricentur.*

6. Ossa ad morbum intercostalem, vt & ad ictus puncturasque valent.

7. Stercus Colicis confert (*exhibitum,* ʒ. i.) vel brachiis, cruribusue alligatum.



gatum vinculo, ut nonnulli volunt, confectio ex lana omni à lupo lanata, vel ex corio cervini. Vid. Forest.

8. *Pellis lupi* commendatur itidem ad dolores colicos mitigandos (facta inde stragula, vel cingulum cuius pili ventrem tangant.

PRÆPAR.

1. *Olenm* fit si *Lupus* in *Oleo* decoquatur.

Vires: *Podagricos dolores* mitigat.

2. *Essentia Sanguinis Lupi*, efficax ad dissoluendum sanguinem coagulatum. *Hartm. in pract.*

XXVI. *Lynx.*

Αἷον, *Lupus cervarius*, *Lux*, *Thieger* *Wolff.*

OFFICIN. NAT.

1. *Axungia* 2. *Vnguis*, vires.

1. *Axungia* conuenit articulis resolutis, conuulsis, luxatis.

2. *Vnguis* argento & auro includitur, gestaturque aduersus morbum Comitialem & Spasimum, (loco annulati.

N. Praefertur qui in dextro pede pro pollice est.

XXVII. *Moschus* s. *Moschi* *Capreolus.*

*Dorcas Moschi*, *Gazella Indica*, *Bisam Thier.*

Est Animal exoticum Caprea non multum absmile, vulgare in Regno Cathai, Pegu, (Ditionis magno Cham subiectæ) & ut alii volunt in Ægypto aliisque locis: colitalpes, nardis victitat, aliisque herbis odoriferis.

N. *Transuehi* quidem cepit in Ita-

liam, verum citra emolumentum, nec enim *Moschum* exhibet, nec vitale diuisperstes est.

*Moschus Bisam.*

Est excrementum seu sanies inclusa Vomica circa umbilicum, dum ♀ is astro animal id percussit, enata. videlicet Vomica hanc dum dolet, ac lapides vel arborum truncos fricat, adeoque dirumpit, saniem inibi contentam effluere facit, lapidibusque adhærescere, hinc calore Solis ulterius elaborata in moschum odoris suauissimi facessit.

N. Sunt qui ex Vomica abscissa, solique aliquantulum exposita *Moschum* colligunt, sed hic ut priore immaturior est, ita & bonitate vilior. Adulteratur variis modis, verum cui sincerus & verus non incognitus est, eidem ex odore & sapore, quin & ex pondere fraudem deprehendere non erit difficile. Nonnulli probant, an *Moschus legitimus* sit, hoc modo: Ponderis libra examinatum in labellum humore perfusum immittunt, tum paulo post iterum aqua laue ponderant, quod si superferatur, sincerum & legitimum existimant: sin cedat, spurium & adulteratum.

Vires. *Calfat.* 2. sic. 3. attenuat, discutit, cordialis est, & alexipharmacus, hinc & cephalicus.

Vsus præcipui in omnibus affectionibus cordis, palpitatione (potus ac illitus) Spiritus nimirum vitales fouet, suscitatur, recreat: Hinc in affectionibus capitis & nervorum, à frigore & crassis humoribus oriundis, tum & in dolore colico, &c.

Externè detergit tenues oculorum albugines, & humidis defluxiones exiccat, ad Venerem concitat, auditum imminutum restituit, (auribus inditus cum cottone.)

Dosis



Dosis gr. ʒ. v.

N. Vterum quia suavi suo odore allit, mulieribus vteri ascensui obnoxiiis maiori cum utilitate pudendis ad retrahendum vterum illinitur.

## PRÆPARATA.

1. Spe. Diamosch. dulc. } Vide
2. amar. } Dispens.
3. Confectio Moschardina, s. Trochisci Moschardini. v. l. 2.
4. Oleum Moschellinum, (compositum) v. D.

## XXVIII. Mulus, Mula.

Huius Maulesell.

Animal est viuacissimum, genitum ex Equa & Asino, ideoque sterile.

## OFFICIN. NAT.

1. Vngula. 2. Vrina. 3. Stercus. 4. Cor.
5. Epar, &c.

## Vires.

1. Vngula sufficit menses nimium fluentes sistit. Cinis potus steriles reddit; illitus alopecie subuenit.

3. Vrina cum luto suo pedum clauos curat.

3. Stercus Mensium fluorem sistit & Dysenterie opitulatur (combustum tustum, cribratum & potum,) dolori Lienis subuenit.

4. Cor, Epar, Renes, Vterus, Testes Spuma oris: singula hæc sterilitatem inferre dicuntur.

## XXIX. Mus,

- Mūs { Domesticus μῦς Mansz.  
Araneus.  
Alpinus.  
Maior, s. Glis.

Mus domesticus est animalculum notissimum, vitæ breuissimæ, salaci-

tatis maximæ.

## OFFICIN. NAT.

1. Mus ipse 2. Stercus.

## Vires.

1. Mus viuus dissectus & impositus extrahit aculeos, spicula, sagittas, &c. curat ictus scorpionum, extrahit venenum. Cinis mictioni inuoluntariæ nocturnæ medetur, (potus) alopecie succurrit (illitus,) tussi refractariæ medetur, (cinis) vide Forest.

2. Stercus mouet aluum infantum (exhibitum gr. 3. 4. 5. 6. vel subditum) inseruit clysterib. & glandib. alopecie succurrit, furfuresque capitis abstergit (illitus.) Calculos renum & vesicæ atterit: Condylomata, omnisque generis verrucas, ficus, mariscas & morani tollit. (cinis cum Vino coctus & applicatus.)

Mus araneus, μῦς ἀράχης Sorex nonnullis, Spitzmausz.

Vires. Affectibus sedis, peculiari Experimento est, (ustus & illitus cum axungia anserina.)

Mus alpinus, Murmelthier, Murmentle.

Est animal alpium altissimarum incolæ, magnitudine cuniculos ferè superans, Hyeme integra dormitans,

## OFFICIN. NAT.

Solus Adeps commendatur ad genus nervosum & articulos contractos, rigidos, &c.

Mus maior, μῦς ὄψαζ, Rattus, Ratte, Ratze.

N. Venenum in cauda gestare dicitur.

Vires. Stercora murium maiorum nouem numero deglutita, mulierculis nonnullis singulare habentur experimentum, quo mensib. obstructis suscitare moluntur. Plater.



XXX. Ovis.

Ovis, *αἴβας*, *ov*,  
Ovis, *Schaaf*,  
Mas, *Aries hammell*  
Veruex, i.e. Ar.  
castratus  
Fœmina, *Ovis*  
Agnus, vide supra.

Ovis animal est mansuetum, timidum, lupo inimicum.

N. *Coitus tempus est à Maio ad Augustum.*

OFFICIN. NAT.

1. Cerebrum. 2. Fel. 3. Oesypus. 4. Lana succida. 5. Senum. 6. Pulmones. 7. Omentum. 8. Stercus. 9. Urina. 10. Vesica. 11. Caput, & Pedes. 12. Pediculi.

Vires.

1. Cerebrum arietis prodesse aiunt in fomno immoderato arcendo in morbis Epidemiis, (*frixant cerebrum, cumque pinguedine in placentam redigunt, addendo Cinam. Nucist. & hinc exhibent.*) *Conradin. de Morb. Vngar.* Facilitat dentitionem, (*illitum cum melle.*)

2. Fel (lana susceptum, infantumque umbilico appositum) soluit aluum, carcinoma exterius sanat (*illitum*) aurib. purulentis auxilio est, (*instillatum cum lacte muliebri.*)

3. Oesypus (succidarum lanarum pinguedo, vulgo Isopus humida dicta) conficitur hac ratione.

Lana succida è collo feminibus ac femorib. ouium, macerantur aliquot horas (6. 7. 8.) in aqua feruenti, hinc feruescunt iterum, agitanturque bacillo, donec totam pinguedinem in aquam deposuerint. Aqua hæc femoris lanis, magno impetu lignea rude agitur, aut ex alto in aliud vas effunditur, vt spumescat, sic sordes spumæ inhaerentes separari poterunt.

Reiteretur hæc depuratio, donec nihil spumæ amplius extet, collecta pinguetudo lanetur aqua pura, (*alij malunt marinam.*) manibusque agitur, donec candida euadat, nec aquam amplius inficiat, admotaque lingue leuiter tantum astringat. Et hæc omnia sub feruido Sole fieri conuenit, *Matth. & Diosc.*

Vire. *Emollit, resoluit, calefacit, dolores sedat, luxatis, contusis, & simil. conuenit.*

Lana succida, *Woll, ovon, schmutzige Schaafswolle*, colligitur Æstate è collo feminibusque, eaque mollis & sudore referta.

Vires. *Calefacit, emollit, lenis, conuenit optimè contusis, luxatis, casis, & sim. (cum aceto, oleo, vino imposita.)* Cremata vim habet calfac. siccantem, asrem, mordacem, discutientem: Eapropter confert humidis mollib. tumorib. ulcerib. inueteratis, excrescentias cohibet, ulcera ad cicatrices perducit, fistulas anresque suppuratas sanat (*indita.*)

5. Senum datum ex vino rubro, sanguinem sistit, diarrhæam, dysenteriam, & tormina ventris curat (*in clysmate.*)

6. Pulmones, (vt & aliorum animalium carnosæ viscera) capiti impositi dolores & æstum mitigant, ferocesque spiritus sopiunt.

Hinc Vfus præcipui in phrenitide, vigiliis, &c.

7. Omentum calidum colico medetur dolori (*impositum.*)

8. Stercus vim habet refrigerandi, exiccandi, aperiendi, discutiendi.

Hinc maximi Vfus in aurigine, (*sumptum cum petroselino, &c.*)

Extrinsecus conuenit in tumore splenis, in thymis, clauis, verruca, tumorib.



morb. cutaneis, &c. Maximi itidem folaminis est in ambustis, (pulverisatum & inspersum.

9. *Vrina* (nigræ vel rubræ ouis) sumpta, aquam intercutem abigit; (idem facit & destillata.

Dosis  $\zeta$ v. vi.

10. *Vesica*, (vt & capræ vesica, (cremata & exhibita, iis qui urinam inuiti reddunt, succurrit.

11. *Caput & pedes* veruecis in  $\nabla$  fluente optimè decocta, atrophix & contracturæ subueniunt, (in balneo

12. *Pediculi*, mira præstare dicuntur in arthritide vaga curanda. Exhibe N. 9.

XXXI. *Ranunculus viridis.*

*Ranunculus calamites* (à calamis in quib. degit, ) *Dryopetis Laub, Frosch.*

Est genus Ranarum terrestrium, reliquis minus, colore viridissimum, amans dumeta & loca aspera.

OFFICIN. NAT.

1. *Ipsè Ranunculus*, 2. *Sanguis.*

Vires.

1. *Ranunculus sylvestris* couenit virib. cum rana aquatica, eiusque cinis vulnerib. inspersus mirificè sanguinem cohibere dicitur, *Clariss. Dn. D. Arn. VVeickhard, in Thesuro.*

2. *Sanguis* peculiariter pro Philtro commendatur.

XXXII. *Rhinoceros.*

*Ῥινόκερος, Rhinocér.*

Animal est magnitudine Taurum, forma aprum æmulans, cornu vnicum in proboscide gerens, idque nigrum, fissile, cubitum longum, pyramidale,

bubali cornu forma sua representans, solidum sine cavitare.

N. 1. Tale nimir. videre licet apud viros rerum rariorum curiosos, *Cornelium ac Ioannem Petreos, Materialistas huius loci celeberrimos.*

N. 2. Et cornu alterum pusillum in dorso gerere dicitur, quod eiusdem cum priore coloris, itidem apud *Petreos profat.*

Vires. Commendatur ad venena, contagia, aliosque affectus sudore opes habentib. ideoque loco unicornu in huius defectu esse poterit.

Datur in scobe puluerisata ad  $\mathcal{D}$ ss. vel  $\mathcal{D}$ j.

XXXIII. *Serpens.*

*Ἐπί, Schling.*

Animal est astutissimum, exuuias suas singulis annis bis exuens. Vere sc. & Autumno, Hyeme sub terra & præcipuè sub radicib. arborum, (Betulæ, Coryli,) sopitū quiescens, homini infensissimū.

N. 1. *Serpentis nomén generale est multas serpentum species sub se comprehendens. Huius a. loci vulgare serpentis genus intelligimus à Ceciliis, Viperis, &c. distinctum, quas damus infra.*

N. 2. *Præstant collecti initio Veris cum senectam deponunt, attamen non statim ab egressu è latebris hybernis.*

OFFICIN. NAT.

1. *Integri combusti*, *Caro*, *Cor*, *Ossa*, 2. *Pinguedo*. 3. *Exuuiæ*. 4. *Fel.*

Vires.

1. *Integri combusti*, (partibus serpentum,) scil. *caro*, *cor*, *ossa* ac *epar*, vim habent alexiteriam, sudoriferam, (non venenatam,

Vfusque præcipui sunt intrinsecus in omnib. morbis venenatis ac malignis,



gnis, quales sunt pestis, febris petechialis, lepra & similes: Quinimo & phthificos Gallicou morbo laborantes, viperarum præcipuè vsu iuuari, ceu secretum venditar Cardanus. Si scilicet caro cocta comedatur, ius bibatur, pinguedoque spinæ & iuncturis illinatur. Nec est, quod vltimum serpentum internum adeo formides, exinteratam ac decoriatam carnem, abiectis tamen felle, cauda & interaneis, loco cibi assumere licet.

N. Caput abiicitur, quia maximè venenosum est, adeo vt dentibus solis vim suam malignam exerant. Cauda negligitur non quod venenata sit, sed quia ex ossibus tantum modo constat. Vesica fellea reiecitur, quia proxima est lacuna materia venenata, que inde duobus meatibus ad dentium vesicas, seu gingiuas defertur, in quibus scilicet spirituosior ac efficacior illa fit, adeo vt si quis dentibus vipera etiam iam dudum interempta pungatur, veneno inficiatur, secus ac de felle constat, quo recenti canes moriuntur, siccato sine noxa vescuntur. Interanea non adhibemus ob stercorea vel oua adherentia, alias tamen his reiectis, sine noxa vsui esse possunt.

N. 2. Si placuerit Corda ac Epata seorsim seruare, secundum nonnullos. Thesaurum Medicum obtines preciosissimum. Verum me hercle, si quicquam peculiare à carne & ossibus, quantum vira attinet, tibi inde persuasum habeas, falleris. Falleris etiam, si (quod communis fert opinio,) deglutitione pulueris serpentini, (vel & cordium recenter extractorum, atque adhuc sese mouentium) ab ictibus serpentibus serpentum tutum te imagineris. Experto crede.

1. Pinguedo emollit strumas, oculorum rubenini & maculis medetur,

visum acuit, podagricos dolores mitigat.

3. Exunia partum facilitare creduntur, (ventri vel lumbis alligata, odontalgiamque (in gargarismis) mitigare; impetigines curant, (puluerisata vel incinerata & imposita;) alopeciiis medentur, ac pilos nasci faciunt (illita).

4. Fel. Ictibus serpentum impositum, venenositatem in se allicit, Idem & de capite imposito affirmant,

PRÆPAR.

1. Puluis.

Pulueres serpentum tot compositionū circumferuntur, vt Agyrta ferè quisque peculiare sibi quippiam imaginetur. At quid opus est compositione, nec e. corrigi serpentes exenterati opus habent, nec stimulari, sat e. fortis eorum vis, sat turacarnosa ac ossea substantia, (Cor, Epar, Lingua, Caro, Ossa, utpote que minime venenata,) integer itidem si comburatur, venenatam exhalat naturam, (mallem tamen caput reiecissee,) nihilominus tamen adscribam vnum atque alterum.

Bezoarticum Animale simplex.

1. Serpentem excoriatum, (reiectis interaneis cauda ac capite) laua & exicca, hinc pulueris, vna cum spinæ vertebris, puluerem serua pro vsu.

Dosis à ℥ ad ℥j.

N. Exiccatio vel per se in aere peragi potest, vel in M.

2. Serpentes viuos, (non exenteratos aut excoriatos,) conice in ollam ac tege operculo, torreq. ad ignem lentum, vt omnis pinguedo & humiditas consumatur, (absque combustionem tamen) postea redigantur in puluerem.

N. Praefero priorem, quippe metus  
VVUU 2 ne



ne venenosa partes sufficienter exhalarint.

Ex hoc fit

Bezoarticum Animale  
compositum.

℞. Pulu. serpentum, ℥ij. Rad. Valerian. Angel. pimpin. Herb. Rutæ ana ℥j. M.F. puluis.

Dosis à ℥j. ad ℥ij. vel ultra.

N. 1. Solum puluis colubrinus valet aduersus araneas viuas & ☉, non vero ad pestem curandam experimento Vnzeri lib. de peste p. 195.

N. 2. Ex carne siccata extrahitur Tinctura ad V aut quidem melius cum *U* Juniperi, vide Quercet. & Fab. Myrothic.

XXXIV. Sus.

Mas, Verres, Porcus, Eber, Borch Borch, (maialis, i. e. porcus castratus)  
Fœmina, Porca, Scrofa, Sæva.  
Porcellus, Jerckel.

Animal est maximè pituitosum & humidum, multis morbis obnoxium, quales sunt, raucedo, angina, struma, febris, grando

N. Non datur animal, quod homini quantum interiora attinet, similis sit ipsa suo.

OFFICIN. NAT.

1. Fel. 2. Pulmo. 3. Pinguedo. 4. Ossa.  
5. Tiliu. 6. Stercus. 7. Vesica.

Vires.

1. Fel suillum contra aurium vlcera, reliquaque omnia magno successu adhiberi scribit Diosc. pilor. prouentum impedit, (cum lardo suillo ana ac ½ parte + acerrimi & Ol. Amygd. ana digestum, & illitum.

2. Pulmo mirificè prodest imposi-

tus attritui à calceamentis contracto.

3. Pinguedo (Adeps absolute dictus) calfacit minus, ideoque in vnguenta refrigerantia infertur, inueteratos dolores lumborum & articularum sedat, inuncta cum cinere straminis fabacci aut calce.

Lardum coctum & circumligatum ossium fracturas feliciter conglutinat.

N. 1. Pinguedo qua è sue veteri fuerit, vel qua sale condita, calidior ac efficacior est illa, qua tum è porcellis desumpta, tum insulsa fuerit. Sic & vetus axungia acrior est recenti.

N. 2. Sunt qui sola axungia verris, vice Sympathetici vnguenti vtuntur.

4. Ossa; aiunt ossa de collo suspensa quartana laborantibus esse auxilio, fides sit, penes expertum.

5. Tilius (Astragalus) commendatur ad fracturas ossium, vt & ad coli capitique dolores (vstum & exhibitum).

6. Stercus (succerda) emollit, discutit, hinc prodest in prurigine, exanthematibus, clauis pedum, aliisque tuberculis duris, (calide impostum,) Ictibus, medetur animalium venenator. (cum +. coctum) Hæmorrhagiam natium sistit, (in Tritum & illitum).

7. Vesica iuuat eos qui iuucilotium reddunt, (cocta vel vsta & exhibitum.) Eadem præstat pubi imposta. Vrinam ciere fertur. Plin.

PRÆPARATA.

1. Vnguenta ex pinguedine fiunt varia.

E. gr.

Rosarum, Pomatum, qua suis locis attigimus.

2. V ad Atrophiam.

Fit è sanguine è fibris repurgato atque cum herbis bechicis refrigerantibus.



XXXV. Talpa.

Απελαξ, Σπαλαξ, Mus terrenus, Maul-  
wurff, Scharmausz, Molt, wurff.

Animal est acutissimi auditus, hoc  
peculiare præ cæteris animalibus ha-  
bens, quod non nisi sub terra viuere ac  
superstes esse possit.

OFFICIN. NAT.

1. Talpa ipsa. 2. Cor. 3. Sanguis.

Vires.

1. Cinis confert lepris, strumis ac  
fistulis, (illitus cum albumine oui aut  
molle.

Intrinfecus cum Cereuisia aut Vi-  
nopotus curat Arthritidem vagam di-  
ctam, (die lauffendt Vabren, die lauffen-  
de Gicht,) & Scrophulas.

Dosis ℞. quotidie assumenda.

2. Cor, Herniam sanat, (siccatum pul-  
uerisatum & exhibitum, per dies 3. aut  
4. scil. quoridie unum.

N. Præstat mense Maio collectum.

3. Sanguis recens illitus, capillis cal-  
uitiem decorat.

N. Vulgi opinio est, si quis talpam  
manu compresserit, ut moriatur, eum à  
febri eo ipso anno fore securum, quin &  
in Paroxyfmo febrili manus retenta, in-  
sultus reprimere censetur.

XXXVI. Taxus.

Μίλις, Meles, Taxus, & Taxo Dachz.

Duorum est generum; Caninū quod  
pedes habet caninis similes, & porci-  
num, quod pedib. lues imitatur.

OFFICIN. NAT.

1. Integer incineratus. 2. Sanguis. 3.  
Adeps.

Vires.

1. Taxus integer incineratus cum  
succellu exhibetur pulmoniacis, fan-  
guinem exscreantib.

2. Sanguis puluerisatus lepræ con-  
uenire dicitur, destillatusque pesti sub-  
uenire.

3. Adeps præcipuè Officinalis est,  
qui vti paulò crassior, ita & paulò cali-  
dior ac efficacior est suillo. Renum do-  
lorib. auxiliatur, à calculo subortis,  
(innocens vel in Clysmate adhibitus,) febrilem æstum mitigat, contracturis  
ac imbecillitatib. artuum succurrit (cum  
adipe vulpis catinè syluestris.

XXXVII. Vipera.

Εξς vel Ίξδρα, (Fœmina) Arabicè  
Alphe, Thirus, Viper Natter, Nater,  
Otter, Atter, Flecknatter, Brandt,  
Schlang.

Est species serpentis viuiparæ, ser-  
pentib. communib. venenosior, Hyeme  
in scopulis sopita delitescens, vel &  
terra obrecta.

N. 1. Vipera nomen nonnullis gene-  
rale audit, omnique serpentum generi  
imponitur. In specie tamen hic sumitur  
pro eo, quod Italis Marassi nomine ve-  
nit, licet adhuc controuertatur, vtrum  
Vipera Italica cum Viperis à Maiori-  
bus ad Theriacam expetitis eadem sint.

N. 2. Viperis solis peculiare esse vo-  
lunt, vinum factum parere, unde & Vi-  
pera, quasi Viuipara dicta sint, attamen  
& in serpente sat magno, quem in Fin-  
landia secui, fœtus vinos deprehendi.

N. 3. Non tota Vipera venenata ac  
lethifera est, sed solum caput & fel, re-  
liqua vt caro, epur, ossa veneno carent,  
vide supra de Serpente.

Præstant 1. Fœmellæ, collectæ tem-  
VVuu 3 pore



poro Verno, postquam aliquandiu à cavernis suis hybernis fuerint egressæ, victuque quadantenus resectæ.

2. Iuenculæ, (non effœræ, nec gravidæ,) quæ ablati partib. auferendis, diu adhuc mouentur, quæque degunt locis aridis & montanis.

Vires. Vide in Serpentum descriptione.

Nimirum:

Vires ibidem recensitas præ aliis serpentum generib. Viperae excellenti gradu obtinent. Præter eas sunt qui Viperae caput ad anginam notham commendant (collo appensum).

PRÆPAR.

1. Oleum ex Viperis.

℞. Viperar. nigrar. lb. iij. Ol. Sefamin. sextarium. j. β. in vase vitreato angustioris probè obturati, (ne vapor inde exhalet,) incoquantur, donec caro ab ossib. decidat, dein cum refrixerint, reponantur. Andernacus

N. Alij per descensum eliciunt ex Viperis sc. capite, cauda, & c. orbatis.

Vires. Cuius extergit & impetigines, aliaque id genus vitia sanat.

2. Sal Theriacum s. Theriacale, vide Dispens. Aug. & si placet Querc. in Phar. Res. Aetium & Galenum.

2. Trochisci de Viperis, v. Dispens.

N. 1. Sunt qui Theriacam de Cacula, (Cacilia Blindschleich,) confecerunt, summoque cum successu tempore pestis ad sudorem eliciendum semel ac iterum propinarunt. Gesn. de Serpent. Schvvenckfeld. ex Platero.

N. 2. Fieri potest & Vinum Viperinum (i. e. in quo Vipera interfecta sunt,) ad Elephantiasin celebra (bibitū) Galen.

3. Alcohol Viperarum describit Burggr. in Biolychn.

4. Pulverem aliam egregiam repe-

ries in Pharmac. Poterij.

5. Essentiam Viperarum in Myroth. Fabr.

⊖ Viperae volatile, ♂, Spiritus  
& ⊖ fixum & fixatum.

Viperae exiccatae, concisæ ac leuiter contusa vna cum Epate & Corde, indantur in ⊖ loricateam vsque dum impleatur, ℞ la in vas Recip. amplum gradatim. Exhibet. phlegma & Spiritus, hinc ⊖ volatile vndique laterib. Recipientis, colloque ⊖ adhærens, tandem ♂ fixidum & crassum, quod charta separandum. Exemptum v, ⊖ volatile purificetur in phiola satis longa cum amplo, si placet ♀ sublimando per ♂ moderato Δ, ne aquositas aliqua ⊖ sequatur, quod aucto Δ contingere solet. Salis huius partes sublimes reliquis sunt odoris penetrantioris, idcirco in ♀ optime clauso custodiantur.

Medicamentum summè penetrans, putredinem arcens, in toto corpore obstructions reserat, febres resoluit omnes & quarantanas, si hora 1. vel altera ante paroxysmum propinetur in liquore appropriato, qui acrimoniam eius nonnihil obrundere, non tamen destrueri valeat. utpote in Emulsion. sem. melon. vel amigd. d. addita portiuncula ∇ a rosar. vel cinam. & sacch. alb.

Dos. g. 6. ad ℞.

Figitur eodem modo, quo ⊖ volatile microcosmi, nisi quod loco Sp. proprij ex ⊖ fixo (qui paucus est in viperis & ex ♂ elicitur) sumitur Spirit. ⊖ com.

Vires. Sic fixatus medicamentum est immutabile, totum corpus permeans, resoluit enim Excrementa quacunq; eaque abstergit instar saponis, ubicunq; locorum haeserint non assimilata, ut facile



XXXIX. Unicornis.

facile & commode a materia repellan-  
tur: vel per sudorem, insensilem transpi-  
rationem, aut quod plerunq; fieri solet  
per ☐, propterea in melancholia qua-  
cumq; podagra, renum calculo & vesica,  
obstructionib; viscerum omnibus ac pu-  
tredine praesentissimum est remedium. In  
deperditis virib; pertingit ad loca affecta,  
naturam confortat, adiuvat purgando se  
& resolvendo excrementa naturae con-  
traria. Jos. B. ad 3;

Essentia Viperarum.

R. Iecinora & corda Viperum  
N. 100. exiccata & contusa cum V  
rectif. ☉ (3. vel 4.) digere extrahe  
sa. Iunctis destillationib; adde (ad lb; j.  
Essentiae) ☿ is volat. ʒj. fixi ʒb. Dige-  
re ut optime vniantur, adhuc ☒ vno  
atque altero, & habebis summum quod  
a Viperis sperari potest medicamen-  
tum.

N. Vsitatissima haec medicamenta  
sunt in Italia, magnosque cum successu &  
agrorum applausu adhiberi dicuntur.

XXXVIII. Vitulus.

Μόχθ, Ἰταλ. Vacca proles Kalb.

OFFICIN. NAT.

1. Medulla. 2. Stercus.

Vires.

1. Medulla vitulina post cerui-  
nam locum primum bonitatis obtinet,  
vim habet indurata & scirrhusa cor-  
pora emolliendi. siue musculus, siue ten-  
dinib; siue ligamentis, siue etiam visce-  
rib; ipsis durities acciderit. Quin pessi  
quoque inde confiunt, vterum emol-  
lientes.

2. Stercus Erysipelati conuenit, (re-  
cens illitum.

PRÆPAR.

☒ destill. pectoralis, v. l. 2.

Μονόκερὸς, Remena, Reem, & Reim.  
Hebr. Alcherchedom. Arab. Unicornis,  
Einhorn.

Animal esse dicitur equo quoad  
corpus non dissimile, ungulis fissis,  
cornu in fronte gerens procerum.

N. Cuius regionis incola sit nondum  
certum constat. Alianus, montes esse  
ait in intimis Regionibus India Or. as-  
perrimos & feris repletos, ubi quae apud  
nos bestia domestica sunt, feras aiunt esse,  
ut oves, capras, &c. In iis Monocer-  
rotem, quem vocant, Caraxenon, nume-  
rant, eamque magnitudine ad confirma-  
ta aetatis equum accedere, inhaque pra-  
ditum, & pilis fulvis esse, &c. Nicolaus  
Venetus referente Andrea Baccio, inue-  
niri eum scribit, in extremis Asiae parti-  
bus, in Prouincia, appellata Macina.  
Narrat Marcus Paulus Venetus, in  
quadam Prouincia India occid. ea re-  
periri, Regnumque Basina Prouinciam  
eam appellat. Verum Andreas Baccius  
illorum Monocerotem nihil aliud esse  
autumat, quam Rhinocerotem. Ludoui-  
cus Partemannus in Itinere suo Aethio-  
pico veram Monocerotis speciem descri-  
psisse videtur. Cuius duo individua in Ci-  
uitate Arabia Mecha sibi visa asserit,  
eratibus inclusa, quorum vnu fuerit ma-  
gnitudine equi 30. mensiu; alteru; magni-  
tudine pulli equini vnius anni, vnum  
cornu media fronte gestantia, primu; lon-  
gitudine 3. cubitoru;, alterum v. duorum:  
colore praeditum balio, capite ceruino,  
cernice non admodum proceram, nec valde  
crinita, cruribus macilentis, & tenuibus  
unguibus, caprinorum in modum fissis,  
&c. Et haec animalia ab Aethiopia Re-  
ge ad Sultatum Mecha Regem missa  
fuisse subiungit.



## OFFICIN. NAT.

Cornu, (Vnicornu,) quod ab Ebone distingui potest, fibris quas subtiliores exhibet, simul & solidius ac grauius ferè est, in cæteris ebur æmulatur.

Vires. Sudoriferum est, Alexipharmacum ac cordiale. Hinc laudatur aduersus venena, morbos contagiosos, &c. Proficuum quoque censetur in Epilepsia infantum.

Dosis à gr. iv. ad ℥. etiam integrum & ultra.

N. Andreas Baccius qui integrum de Vnicornu Tractatum conscripsit, eius fragmenta annulis includere iubet, digitisque circumferre, vel de collo, loco amuleti, suspendere ut entim tangat.

## X L. Vrsus.

ἄρκτος, Bar.

Animal est crudele, catarthosum, phlegmaticum, capite imbecillo, lumbis robustissimis, lasciuum. Inimicatur equis, asinis, leonib. dormit septimanas aliquot continuas.

## OFFICIN. NAT.

1. Pinguedo. 2. Fel. 3. Oculus.

Vires.

1. Pinguedo calfacit, resoluit, emollit, discutit &c.

Vsus præcipui in alopecia (illita cum mure combusto:) medetur dolorib. arthriticis, parotidib. (Ohrnkele) tumorb. que aliis (cum seuo taurino & cera ana in Empl. redacta,) vlcera crurum tibiærumque sanat.

N. 1. In Hernia s. Enterocelo uterique prolapsu, muliercularum vulgare remedium (dorso fossi sacro illita.)

N. 2. In usu externo pinguedinis huius obseruare expedit, quod pilis albedinem conciliat.

2. Fel commendatur intrinsecus ad morbum comitiale, ad asthma, & icterum.

Extrinsecus ad vlcera cancrofa ac serpentina (illitum) ad odontalgiam, oculorum hebetudinem, &c.

N. In Finlandia ubi Vrsorum datur copia, vulgatum rusticis est, fel exiccatum instar Panacea exhibere, sudoreque superueniente morbos quamplurimos fuisse solutos audiui.

3. Oculus dexter effusus exiccatus & infantib. appensus, terrorem quib. in somnis vexantur arcere dicitur.

Sunt & qui aiunt, Oculum Vrsi sinistro brachio alligatum, quartanam fugare.

## X L I Vulpes.

Ἄλφις, Fuchs.

Est animal astutissimum, naturæ caninæ quodammodo particeps.

N. Vulpium genera tria in Suecia ac Finlandia vulgaria comperi, nimirum præter vulgares dantur ibidem nigra & crucigera, linea scil. nigra, secundum longitudinem à capite ad caudam per dorsum decurrente.

## OFFICIN. NAT.

1. Pinguedo. 2. Pulmo. 3. Iecur. 4. Fel. 5. Lien. 6. Pellis. 7. Sanguis. 8. Integra Vulpes. 9. Stercus.

Vires.

1. Pinguedo auxilio est conuulsionibus contracturis, tremorib. &c. (illita;) aurium dolorib. vulnerib. capitis & alopeciis.

2. Pulmo consolidat, abstergit, hinc valet ad vitia pulmonum & angustiam pectoris, (exiccatus saltem & combustus.)

3. Iecur, Epaticis & Spleneticis confert,



fert, (simili modo ut pulmo adhibitur).

4. Fel. Oculorum Pterygio succurrit (illitum).

5. Lien, Lienis duritiei ac tumori medetur, (impositus).

6. Pellis pilosa membris refrigeratis ac articulari morbo infestatis feliciter imponitur.

7. Sanguis arefactus & tritus calculo Renum & Vesicæ medetur: Idem feliciter præstare perhibetur sanguis recens, porus ad cyath. sc. vel & abdomini, pubi, in guinibus ac renibus illitus.

8. Vulpes integra, vel Caro eius combusta, ad vitia pectoris commendatur.

Vulpes in aqua vel oleo optimè cocta, nervinis affectibus, ideoque contracturis ac dolorib. articulor. medetur (si locus affectus eo lauetur).

9. Stercus Scabritiem cutis sanat (cum  $\text{✠}$  illitum).

PRÆPARATA.

Ol. Vulpinum, v. Dispens.

Loch. de pulmone Vulpis, v. Disp.

Pulmo preparatus s. lotus & exiccatur.

CLASSIS II.

DE AVIBVS.

XLII. Accipiter.

Ἰεραξ, Habich.

Volucris est rapax, vorax & audax, visu forti prædita.

OFFICIN.

1. Accipiter integer. 2. Adeps & 3. Excrementa.

Vires.

1. Inter oculorum vitiis succurrit, (in oleo coctus, oculoque inunctus).

Idem sentiendum & 2. de Adipe: Insuper omnib. vitiis cutis medetur, (oleum illud illitum).

3. Excrementa calefactoria vi adeò pollent, ut à Galeno ex foro Medico eliminentur, nihilominus tamen sunt, qui oculorum vitiis arcendis adhibeant, alii ad partum promouendum (exhibita vel in suffitu adhibita). (Hippocrates & Plinius ad sterilitatem emendandam propinant).

XLIII. Alauda.

Κόπος, Alauda, Cassira, Galerita, Lerch.

Alauda } cristata, hæc praualet.  
          } non cristata.

OFFICIN. NAT.

1. Cor. s. integra ales & 2. Sanguis.

Vires.

1. Cor (Alauda cristata) femori alligatum, arcere colicum dolorem aiunt, idem quoque de Corde recenti deuorato perhibent, ut & de integra Alauda, (tosta vel una cum pennis incinerata, qua Dosi ʒ. seu cochl. i. ac 2. per dies aliquot exhiberi poterit).

2. Sanguinis recens ex aceto acri aut vino calido haustus, calculosis efficacissimè subuenit.

XLIV. Alcedo.

Αλκυον, Halcyon, Eiszvogel, Eisen-  
gart.

Auis est speciosa, passere paulò amplior, rostro longo, colore tum cæruleo, tum viridi, tum purpureo, iuxta glaciem sinulorum degens.

OFFICIN.

Cor, quod siccatum & collo infantium appensum comitialè arcere volūt.

XLV. Anas.

Ἰνῆτι, Anas, Endvogel, Endt.

XXX

ER



Est } Domestica.  
 } Sylvestris.

Culinaris potissimum est, gignit crassos, melancholicos & superfluos humores.

## OFFICIN. NAT.

1. Anas viva. 2. Adeps. 3. Sanguis. 4. Fimus.

## Vires.

1. Vina sedat dolores colicos, si ventri imponatur, parte deplumata.

2. Adeps calf. humect. moll. diger. resoluit. Ea propter eo vruntur in dolore interno & externo, scil. laterum, artuum, in neruorum frigida intemperie. &c.

N. Adeps hic primas pre reliquis habet, & precipue Anatis sylv.

2. Sanguis alexipharmacus est, & hinc in antidota nonnunquamascitur.

4. Fimus morsui venenatorum animalium imponitur.

## XLVI. Anser.

X<sup>mo</sup> veterib. Ganza, Gans.

Anser } Domesticus.  
 } Sylvestris, hic in Officinis præfertur.

Anser itidem culinaris maximè est, alimentum præbens excrementitium & melancholicum.

## OFFICIN. NAT.

1. Pinguedo. 2. Sanguis. 3. Stercus. 2. Cuticula pedum.

## Vires.

1. Pinguedo calore suillam superat, suæque subtilitatis ratione promptius penetrat ac resoluit, ideoque rectè per anum iniicitur, ad obtundendam erosionem in alto corporis sitam, alopecias capellis explet, nimis labiorum medetur, tinnitui aurium succurrit,

(aurib. indita,) spasmus neruosque rigidos sanat, (pinguedo ex anse, farcito carne cati, aliisque neruinis herbis, & assato collecta) aluum laxat, præcipue infantum, (umbilico inditum, ventriue impostum.

2. Sanguis Alexipharmacus habetur.

Dosis ad ℥ij

3. Stercus calfacit & siccatur vehementer, incidit, aperit, menses, secundinam & vrinas potenter mouet.

Hinc maximi Vfus in morbo regio, Scorbuto, Hydroke, (cum cochleari vrine Capre vel Vituli destillata, continuarique potest eius vus in dies aliquot (8.) Idem & tussi mederi perhibetur.

N. 1. Adeo calfacit vt & gramina, in qua deciderit, vratur, unde & a Galeno inutile iudicatur.

N. 2. Præfertur viridiusculum in pratis tempore Verno collectum, quod siccatur calore moderato & puluerisatum à ℥b. ad ℥j. exhiberi poterit.

Alij in poturecens exhibent, cum liquore conueniente transfusum.

Dosis ℥j. vel ℥ij.

4. Cuticula pedum exiccata & puluerisata ob astringendi vim commendatur in profluuiio mensium sistendo.

Dosis ℥b.

Extrinfecus cum successu pernioni imponitur.

N. Sunt & qui Medicamentis Anticætericis admiscunt.

## XLVII. Ardea.

Reyer, Reigl.

## OFFICIN. NAT.

Pinguedo f. Axungia.

## Vires.

Pinguedinis



*Pinguetudinis* huius rarus vfuscus est in Medicina, lenire tamen dicitur podagricos dolores, oculorumque nebulas discutere, & visum clarificare (*illita.*) Hinc & surdastris conferre (*indita auribus.*)

N. Prostat nihilominus in gratiam piscatorum, qui inde faciunt quo pisces alliciant.

Nimirum:

*Pisces* quia ardeam odio prosequuntur, huius odore concurrunt, ardeam enim hostem inuasuri.

XLVIII. *Ciconia.*

Πέλαγος, Storch.

OFFICIN. NAT.

1. *Ciconia ipsa.* 2. *Stercus.* 3. *Ventriculus.* 4. *Axungia.* 5. *Fel.*

Vires.

1. *Ciconia* vim habet alexipharmacam insignem, adeo ut contra omnium generis venena & imprimis contra pestem præstantissima censeatur, (*comesta vel cinis eius assumptus*) insuper nervosis & articularibus affectibus succurrit.

2. *Stercus* si ex  $\nabla$  hauriatur comitialibus, aliisque morbis capitis prodesse credunt. *Crato.*

3. *Ventriculus* exiccatus ac pulverifatus pro maximo secreto habetur in venenis.

N. Alii solam tunicam interiorem malunt.

4. *Axungia* podagricis & tremulis articulis utiliter illinitur.

5. *Fel* ad oculorum vitia commendatur.

PRÆPARATA.

1.  $\nabla$  *Antepileptica:*

Fit ex pullo *Ciconiæ* integro, i e & deplumato, & exenterato, atque in frustra dissecto, admixtis antepilepticis aliis

ex *MB* *Sando.*

2. *Ol. stillatitium* quod sat copiosum fundit.

3. *Sal volatile* quod itidem copiose instillatione exhibet.

4. *Arcanum Alexipharmacum de Ciconia*, vide l. 2. c. 51.

XLIX. *Columba.*

Περιστέρα, *Danbe.*

*Avis* est fecunda admodum, calidissima, cerealibus vivens.

*Columba* { *Domestica, Hausdaub*  
est { *Sylvestris, Turtur, Tur-*  
          { *teldaub, v. suo loco.*

OFFICIN. NAT.

1. *Columba tota.* 2. *Sanguis.* 3. *Tunica ventriculi.* 4. *Fimus.*

Vires.

1. *Columba* vina per medium dissecta, capitique dum sanguine adhuc calet, imposita, feroces humores mitigat, melancholicam tristitiam discutit.

Hinc convenientissimum Medicamen est in Phrenitide, Cephalalgia, Melancholia; Podagra.

2. *Sanguis* tepens oculis instillatus, dolorem, lippitudinemque sedat, suffusiones sanguinemque discutit, vulnera recentia curat: Peculiariter cruorem è membranis cerebri erumpentem cohibet, podagricum dolorem mitigat.

N. 1. Praefertur sanguis *Columbi maris*, isque sub ala dextra elicitus (ob naturam eius calidiorem).

N. 2. *Succus sanguinolentus* ex penarum calamis expressus, sanguini substitui aptus est, praeferturque è pullis *colubarum*.

3. *Tunica ventriculi* exiccata & pulverifata commendatur in Dysenteria.

XXXX 2 4. *Fimus*



4. *Fimus* vehementer excalescit, (ob nitrosam facultatem, qua maximè pollet,) ideòqueurit, discutit, ruborem cutis sanguinem alliciendo excitat.

Hinc *Vsus* frequens in Cataplasmatibus & Emplastris rubificantibus. Sic tritus & cribratus, cumque semine nasturcij impositus, facit ad effectus inueteratos.

*Cuiusmodi sunt:*

Arthritides, Hemicrania, Vertigo, Cephalæa, dolores inueterati in lateribus, scapulis, ceruice ac lumbis, dolores colici, affectus apoplectici, lethargici, & simil.

Sic strumas aliosque tumores discutit, (cum hordeacea farina & +o mixtum & impositus) alopecie succurrit (illitus,) Colicis confert, (in Chysteribus) defluxiones ad genua delabentes discutit, (cum  $\odot$  &  $\odot$ ).

Internè calculum atterit & vrinam pellit.

[Dosis  $\mathcal{D}$ ]. ad  $\mathcal{D}$ ij.

L. *Cornix.*

*Κορνίον, Krage.*

Vires. *Fimum in Vino potum, Dysenteriam sanare tradit Kyranides.*

L.I. *Coruus.*

*Κραβ, Raab, Rapp.*

OFFICIN. NAT.

1. Pulli. 2. Cerebrum. 3. Pinguedo & Sanguis. 4. Stercus.

Vires.

1. Pulli *Cornuor.* incinerati commendantur ad comitiales morbum.

Dosis  $\mathcal{z}$ j. singulis dieb. 2. vel 3. exhibita.

Sic & Cinis *Coruorum* ad Poda-

gram & *Alphos* commendatur.

2. *Cerebrum* commendatur itidem ad Epilepsiam.

3. *Pinguedo ac Sanguis* capillos reddit nigros, id quod & de ouis affirmant.

4. *Sterciu* Infantum tussim, doloremque dentium sedare aiunt (de collo suspensum).

5. *Oua* sunt, qui in dysenteria exhibent. N. i. j.

*Gabelchover.*

LII. *Coturnix.*

*Κορνί, VVachtel.*

N. *Comesta Coturnix*, noxia esse creditur spasmu obnoxio.

OFFICIN. NAT.

1. Pinguedo & 2. Excrementa. Vires.

1. Pinguedo oculis prodest maculas abstergendo.

2. Excrementa *Coturnicum helleboro velcentium*, (quod ipsis, ut quidam scribunt, in alimentum cedat,) singulari proprietate quadam conferre Epilepsii quidam volunt.

LIII. *Cuculus.*

*Κοκκ, Gucker, Guckang, Kuckug.*

OFFICIN. NAT.

1. *Cuculus* ipse. 2. *Fimum*. Vires.

1. *Cuculus* vstus commendatur ad calculum, ventriculi dolorem & humiditatem. *Rondel.*

Datur & vtiliter febriantibus patoxyismi tempore, medetur Epilepticis, &c.

2. *Fimum* mortuum canis rabidi curat, (potus.)

LIV.



L V. Ficedula.

*Συρίαις*, Ficedula, à Ficum esu sic dicta Germ. Schnepffe, VVüstling. Vires. In cibo visum acnere dicitur.

L V. Gallus, Gallina.

Est { Mas, ἀλεκτορίς, Gallus, Han. Formina, ἀλεκτορίς, Gallina, Henne, Hun.

N. Gallus Castratus, Capo dici solet, seu Capus.

OFFICIN. NAT.

1. Gallina (seu Gallus) integra. 2. Cerebrū. 3. Tunica Ventriculi. 4. Testiculi. 5. Fel. 6. Pinguedo. 7. Guttur. 8. Stercus. 9. Oua.

Vires.

1. Gallina (dissecta) præferunt nigram (sanguine adhuc calente imponitur capiti in phrenitide, Cephalalgia, &c. Morfib. itidem venenatorum animalium simili ratione mederi ajiunt: anthracib. imposita, venenū elicit, nec prætereundum quod sanguinis eruptionē in vulnerib. recentib. listat.

1. Viua Gallina (Gallus) circa anum deplumata è bubonib. venenum extrahit, (imposita.

PRÆPAR.

Gelus, decoctum Gelatinum Gallina (veteris). (Fit ex carne Gallinae in frustra concisæ, additisque pedib. vituli, veruicis, aut carne bouina per se in diplomate horas aliquor. sex. sepr. (vase clauso cocta & expressa.

N. Adipossunt Aromata & cordiales, prout libet.

Vires. Insigne est nutritiuum & corroboratiuum.

2. Contusum, fit itidem ex carne Gallinacea, quæ coquitur, donec caros ab ossib. decidat: hinc contunditur vna cum ossib. fitque expressio cū vino

miscenda, & pro libito aromatzanda.

N. Gallinarum caro melior est quàm Gallorum, nisi sint castrati, nigrarū vero qua non pepererunt, melior est & lenior.

3. Ius galli veteris: Gallus antiquus (annor. 2. 3. 4.) fatigetur optimè, donec lassitudine cadat: hinc trucidetur, deplumetur, exenteretur, fatciaturque medicamentis idoneis, coquatürque in aliquot mensuris aqua, donec caro ab ossib. ferè decidat: Hinc coletur.

Vires. Ius illud per se vim habet molliendi, & ob nitrosas partes, quibus decrepitum illud animal præditum est, quaque fatigue illa exaltata sunt, virtute pollet incidendi, abstergendi, alui ciei di, idque multò magis, si in eo Medicamenta similium facultatum incoquantur. Hinc celeberrimum est in dolore colico (coctum cum purgantib. & discutientib.) In tussi tartaròque pulmonum (cum bechicis elixum,) &c.

2. Cerebrum vim habet incrassandi, fluxusque compescendi.

E. gr.

Fluxum alui, (in Vino sumptum;) gingiuis ad dentitionem à mulierib. illinitur.

3. Tunica interior ventriculi extracta, siccata, (ad Solem,) & puluerifata, singularem vim habet tum astringendi & corroborandi ventriculum, adeoque vomitum, & fluxum alui compescendi, tum & calculum comminuendi.

4. Testiculi deperditas in morbis vires mirificè restituere dicuntur, semen prolificum suppeditant, & Venereas vires roborant, (recenter usurpati) febribus itidem medentur (assumpti).

5. Fel maculas cutis aufert, (illitum:) oculis conuenit.

6. Pinguedo Gallinarum & Capotum calefac. humect. emoll. lenit, me-



diæque interanferinam & suillam existit, harumque acrimoniam obrundit, conuenit labiorum rimis, aurium doloribus, oculorum pustulis.

7. *Guttur Calli* vltimum & non censuratum, sed tostum & exiccatum, sub noctem ante cænam exhibitum, proprietate sanat mictionem inuoluntariam nocturnam. *Solenand. f. 4. conf. 11.*

8. *Stercus* omnia eadem præstare aptum est, quæ columbinum, sed inefficacius, priuatim tamen colico & vterino dolori conuenit. Valet itidem maximè ad Ictericum, Calculum & Vrinæ suppressionem.

*N. Præstantius habetur id, quod in stercore album est.*

Dosis ʒβ. manè ac vesperi ☉ & ☽ continuis 4. vel 5. exhibitum. *Quercet Pharm. Rest. c. 21.*

Extrinsecus exiccat achores capitis, aliamque scabiem manantem (cinis inspectus).

Luteum stercore consolidat Vesicæ, exulcerationem, assatum in butyrorecenti, vel oleo oliuarum, atque coniectum in frigidam, ut sordes secedant, & liquor olei supernatet in ductum penis injiciendus. *Hartm.*

9. *Oua* Medicinæ exhibent testas, membranulas, ovi albumen, vitellumque.

*Testa* vim habent Lithontripicam, tartareamque mucilaginem incidendi.

*Membranula* vim habent diureticam intrinsecus & extrinsecus adhibita, (præputiisque imponuntur infantum.)

*Albumen* vim habet refrigerandi, astringendi, agglutinandi.

Vt usque crebri est in oculor, ru-

bedine, in conglutinatione vulnerum (cū bolo commun.) in fracturis, &c. Inseruit & anacollematis.

*N. Hippocrates exhibet febrientibus albumina N. 3. aut 4. ad refrigerandum & egerendum.*

*Vitellum* Ovi vim habet anodynæ maturandi, digerendi, laxandi, proinde vsu creberrimus Clysteribus, immisceri, quin & cum salis tantillo mixtum infantum vmbilico (in testis in Angliis) imponi solet ad ciendam aluum.

#### PRÆPAR.

Paratur inde Oleum quod crebri vsus est in consolidatione vulnerum, rimar. in maturatione tumorum, &c. *Videatur Dispens. Aug. & Norimb.*

*N. Fit inde potus puerperis nostratibus vsitatissimus, vulgo Seiff dictus.*

℞. Vitell. oui N. 2. vel 3. Aquæ. Mens. 1. Vini M. 1. (plus minus) coquantur optimè pro potu.

#### LVI. *Grus.*

*Ygar* ☉, ein Kran, Kranich.

Vipio, i.e. pullus Gruum.

#### OFFICIN. NAT.

1. *Grus integer*. 2. *pinguedo*. 3. *Fel.* 4. *Caput, Oculi, Ventriculus*. 5. *Medulla tibia.*

#### Vires.

1. *Auis hæc* quia neruosa est, neruosis ac membranosis partibus peculiariter conuenire statuitur.

Hinc vsus ejus commendatur in doloribus colicis.

2. *Pinguedo* surditati auxilio est, (auribus instillata,) Lienis duritiem, aliosque tumores renitentes emollit (cum + scyllitico subacta) rigori cervicis velocissimè succurrit.

*N. Eiusdem natura esse dicitur cuius*



ius anserina pinguedo.

3. Fel. oculis prodest.

4. Caput, Oculi, Ventriculus pulveri-  
sata fistulis, cancris, & varicosis vlcerib.

insperguntur.

5. Medulla tibia inseruit vnguento  
Ophthalmico inde parando.

LVII. Hirundo.

Χειρὸν, χειρῶν Schvvalb, Schvvalbin	{ <table border="0"> <tr> <td>Domestica</td> <td rowspan="2">                             {                             <table border="0"> <tr> <td>maior cum macula rubra sub gutture,</td> </tr> <tr> <td>minor sine illa macula.</td> </tr> </table> </td> </tr> <tr> <td>Hauszschvvalb</td> </tr> <tr> <td>Sylvestris</td> <td>                             (Riparia, Wasserchvvalb. Muraria, Spirschvvalb.</td> </tr> </table>	Domestica	{ <table border="0"> <tr> <td>maior cum macula rubra sub gutture,</td> </tr> <tr> <td>minor sine illa macula.</td> </tr> </table>	maior cum macula rubra sub gutture,	minor sine illa macula.	Hauszschvvalb	Sylvestris	(Riparia, Wasserchvvalb. Muraria, Spirschvvalb.
		Domestica		{ <table border="0"> <tr> <td>maior cum macula rubra sub gutture,</td> </tr> <tr> <td>minor sine illa macula.</td> </tr> </table>	maior cum macula rubra sub gutture,	minor sine illa macula.		
maior cum macula rubra sub gutture,								
minor sine illa macula.								
Hauszschvvalb								
Sylvestris	(Riparia, Wasserchvvalb. Muraria, Spirschvvalb.							

Domesticæ in Aedib. nidificant.  
Ripariæ in ripis aquarum inhabi-  
tant, vnde & aquaticæ dicuntur.

Murariæ nidos suos muris templor.  
seu parietib. aut rupib. appendunt.

N. Prævalent Riparia.

OFFICIN. NAT.

1. Integra. 2. Cor. 3. Sanguis. 4. La-  
pilli. 5. Nidus. 6. Stercus.

Vires.

1. Integra Epilepsiæ specificè subue-  
niunt, oculorum hebetudini, lippitu-  
dini, (cinis cum melle illitus.) Anginæ  
ac Vuulæ inflammatae medentur, (co-  
mesta vel assumptus earum cinis.

2. Cor, Epilepsiæ itidem conferre,  
memoriamque roborare aiunt: alij  
contra quattanam deuorant.

3. Sanguinem peculiariter oculis con-  
ferre volunt, præferunt a. sub ala dextra  
extractum.

4. Lapillus in pullor. nonnullorum  
ventriculo, (rarò licet) inuenitur. Che-  
lidonius dictus, grani lentis vel pisi  
magnitudine. Hunc Epilepsiæ puero-  
rum conuenire volunt, (brachio alliga-  
tum vel collo suspensum.

N. Ferunt crescente C hunc potissi-  
mum inueniri, atque in pullo primoge-  
nito. Alij mense Augusto circiter pleni-  
lunium eximunt.

5. Nidus auxilio anginæ est (ex-

trinsecus impositus: ) oculorum rube-  
dini medetur. I&ui Viperino conuenit,  
(impositus.

6. Stercus calfacit impense, discu-  
tit, ac re est.

Vfus præcipui in morsib. caris ra-  
bidi, (intrinsicus & extrinsicus, ) in do-  
lorib. colicis & nephriticis, ) propina-  
tum; ) aluum irritat, (subditum.

PRÆPARATA.

Aqua hirundinum fit vsitatiùs ex  
Ripariis, v. Dispens. Aug.

LVIII. Miluus, Miluius.

Илуи, VVey, VWeihe, VVurue, Küt-  
telvveyh, Hünervedieb.

Animal est è genere Accipitrum acu-  
ti visus, articularib. morbis obnoxius.

niger, robustus, hic vsi-  
tator  
Est { Maior } rufus propemodum, re-  
galis dictus.  
Minor, rubeus, rother VVeyh.

OFFICIN. NAT.

1. Miluus incineratus. 2. Caput. 3.  
Epar, 4. Sanguis. 5. Fel. 6. Stercus. 7. Pin-  
guedo.

Vires.

1. Miluus incineratus Podagræ,  
Epilepsiæque subuenire dicitur, (ex-  
hibitus.

Dosis



Dosis ℞. ad ℞j.

2. Idem, de Capite affirmant, ac Epate incineratis.

3. Epar insuper oculorum Medicamentis adhibetur.

4. Sanguis podagricos juuat, (cum Vrtica mixtus &amp; impositus.

5. Fel Oculariis additur.

6. Stercus articulis cum successu imponitur.

7. Pinguedo, articularum doloribus illinitur.

## P R Æ P A R.

Sunt qui Miluum viuum in F. Eq. 40. ℥ macerandum sepeliunt, &amp; ex vermibus, qui ex eo procreantur, unguentum ad dolores podagricos conficiunt. Aldronand.

## L I X. Motacilla.

Passer aquaticus Bach- { alba καλλιπέπε  
steltze, Quecksteltze. Aana minor.  
Auis est circa fluentes præcipue de-  
gens, cauda tremula.

## O F F I C I N.

Ipsamet integra auis Cuius vis miræ prædicatur in atterendo calculo, (puluis potus.

## L X. Noctua.

Νύκτις, Nacht Eule, Stein Eule, Kamel.

## O F F I C I N. N A T.

1. Caro. 2. Fel. 3. Pinguedo.

## Vires.

1. Caro curat Paralyticos, (Plinio,) Melancholicos, &amp; sim. (Rabbi Moys.) Apostema Anginæ mirabiliter aperit &amp; rumpit, (cinis noctua integra, nec deplumata in guttur immissus.

2. Fel, ad maculas oculorum valet.

3. Pinguedo, aciem oculorum acuit.

## L X I. Olor.

Κύων, Cygnus, Schwuan.

Auis est ad genus anserinum forma &amp; victu, ideoque &amp; facultatibus accendens.

## O F F I C I N. N A T.

1. Pulli. 2. Adeps. 3. Pellis.

## Vires.

1. Pulli Cygnorum in oleo cocti, addita medulla cervina, podagricis profunt.

2. Adeps, Emol. lenit, at ten. adeoque utilis est hæmorrhoid. vuluar. duritiei; oculos purgat, cum vino lentigines curis tollit.

3. Pellis, plumis tenerrimis obsita colicos iuuat, &amp; stomachi vitio laborantes.

## L X II. Palumbus.

Πάλας, πάλας, Palumbus, a, Holtz-Daube.

Conuenit cum columba, exustæque plumæ Ictericos reficere, calculosis, urinæque difficultatibus subuenire dicuntur.

## L X III. Parus.

Carbonarius major,  
Kohlmeise, Spiegelmeise.

Caudatus, monticola,

Schwartzmeise, Bergmeise.

Ceruleus montanus Meel-  
meise.Fuscus, Palustris Cinereus  
Kohlmeise, Aschmeise.Ater Caninus, Carbonarius  
minor Hundmeise.Cristatus, Straußmeise,  
Kotelmeise.Ex his præfertur reliquis, i. efficax-  
que



que prædicatur aduersus renum cal-  
culos & colicos cruciatus, (in cibo vel  
cinere exhibitus.

LXIV. Passer.

Passer { vulgaris.  
Sperling.  
Troglotites.

Zaunschlipfflein, Thurn Kœnig,  
Schneekœnig, Zaunkœnig, Nesselkœnig.  
VVinterkœnig, Mauskœnig.

N. Sunt qui à Regulo distinguant, eo-  
que paulo maiorem esse velint, pennisque  
illis aurcis, quas Regulus in capite alit  
Passerem hunc desitui: Verum cum  
utriusque vires conueniant, alter alterius  
vices subire non nequit.

Vires. Passer troglotites maximopere  
commendatur ad calculum atterendum  
& expellendum, sine integer euulsis  
pennis sale conditus crude deuoretur, sine  
incineratus assumatur.

Passer vulgaris, quia auis salacissima  
est, commendatur ad venerem, ) co-  
mestus præcipue cerebella.

Stercoris grana aliquot exhibentur  
infantulis ad ciendam aluum.

LXV. Pauo.

Taus, Pauus, Auis medica, Pfaue  
Pagelun.

Auis est omnium reliquarum for-  
mosissima, viuacissima, (30. annos uiuere  
potest,) vnde & Balsamica vi vigoro-  
sa, adeo, vt caro eius sine corruptione  
per se diu conseruari queat.

OFFICIN. NAT.

1. Integer. 2. Adeps. 3. Fel. 4. Stercus.  
5. Penna. 6. Oua.

Vires.

1. Ius pauonis pleuricis specificè

fertur prodesse, præcipue si sit pin-  
gue.

2. Adeps, (cum succo rutæ & mel-  
le, colicos affectus optimè sanat.

3. Fel, oculorum hebetudini, fluxio-  
nibus, asperis item superciliis medetur.

4. Stercus proprietate Vertiginem  
& Epilepsiam sanat, (in dies multos  
exhibitum: (nimirum exiccatum &  
puluerisatum (3j.) maceratur per  
noctem in vino: Hinc traiectum per  
lintheum, exhibetur continuando à  
nouilunio vsque ad plenilunium aut  
amplius, si opus sit. Crato miscet cum  
Saccharo & exhibet.

5. Penna, adhibentur in suffitu,  
aduersus vteri ascensum, Querc. in  
Ph. Rest.

6. Oua, exhibentur ad curandam  
arthritidem vagam dictam.

LXVI. Perdix.

Παρδις, Perdixina, Rebhun, Feldhun.

Auis est salacissima, viuacissima, (ad  
annos 16.) vescens gemmis Coryli &  
betulæ, pramine & legere virente.

OFFICIN. NAT.

1. Caro. 2. Medulla. 3. Sanguis. 4. Ie-  
cur. 5. Fel. 6. Pena.

1. Caro comesta semen atque lac  
auget, Venerem excitat.

2. Medulla ut & Cerebrum propi-  
natum, Ictericos iuuare dicitur.

3. Fel ad affectus oculorum præ-  
fertur aliis.

4. Sanguis oculis cruore suffusis &  
recentibus eorum vulneribus illini-  
tur.

5. Iecur. siccatum ad ignem &  
puluerisatum, morbo regio resistit,  
singularisque fertur antidotus contra  
febrem, si aliquoties in aqua millefolij  
assumatur.

Y Y y



assumatur. *Crato.*

6. *Penna* inferuiunt suffocationi uterinæ (*suffitus nervibus admotus*) dolorib. colicis, aliisque mitigandis, discutendis, (*fomentationis formula adhibita.*) & hinc cum mentha ac abrotano in forma sacculi infantib. familiare Remedium existunt, ad tormina ventris compescenda.

LXVII. *Pica.*

*Kiſa, Aglaſter, Egeſter oder Atzel.*

Vires. Auis hæc maximè commendatur ad oculorum obscuritatem, ruborem, dolorem (*comesta vel incinerata, oculisque indita, vel quocumque modo apposita.*)

Conuenit & Maniacis, Epilepticis, Melancholicis, (*cinis exhibitus.*)

## PRÆPARATA.

*Aqua Picae. Antepileptica. v.l. 2.*

LXVIII. *Struthio.*

*Struthiocamelus, Strauſz.*

Auis est maxima, exotica, facultate chylica celebris.

N. Duos videre mihi contigit Lontini Anglia, quibus facile fuit, obiectam Chirothecam coriaceam deglutire.

## OFFICIN. NAT.

1. *Tunica Ventriculi. 2. Adeps.*

Vires.

1. *Tunica interior Ventriculi* ventriculum corroborat, calculosque dissoluit mirè.

2. *Adeps.* nervosis partib. conuenit, duriciem Lienis mollit, dolores Nephriticos mitigat, (*innunctus.*)

LXIX. *Turtur.*

*Τρῦζοι, Turtel Daub.*

## OFFICIN. NAT.

1. *Integer Turtur. 2. Adeps.*

Vires.

1. *Turtur virib.* cum columba conuenit, peculiariter tamen commendatur in dysenteria ac præcipuè in sistendo mensium profluvio, siue cinis combustus turturis, siue exinde extractum exhibeatur, (*Dosis gr. 4. 6.*) siue turtur deplumatus & exenteratus insuta in ventre Mastiche, (*℞. aceto rosaceo, inter assandum asperso (buiyri loco,) assetur, postmodumque in olla clausa exsiccetur, atque in puluerem conuertatur, & cochl. j. singulis mane exhibeatur.*)

2. *Pinguedo* inter assandum collecta illinitur. Renib. ventri, pectori, inguinibus, &c. *Vide Forest. lib. 28. obseru. 10*

N. Sunt è podagricis, qui sibi persuadent paroxysmos arceri, podagramque præcaueri, si in cubiculo turtures alant.

LXX. *Vpupa.*

*É\*↓, VVidehopff.*

Auis est melancholica, spurcissima, vitians vermiculis in stercore reperitis, Erucis, Scarabæis, &c.

## OFFICIN. NAT.

1. *Caro. 2. Penna.*

Vires.

1. *Caro* eiusque decoctum proprietate sua colicos iuuat, (*assumpta*) *Auic. Fen. 16. tr. 4. c. 11.*

2. *Penna,* dolores capitis demulcere dicuntur, (*imposita.*)

LXXI. *Vultur.*

*Γύ; Geyer.*

Auis



CLASSIS II. DE ANIMALIB. 723

Auis est pollens facultatib. animalib.  
ac præcipue odoratu.

OFFICIN. NAT.

1. Caro. 2. Pinguedo. 3. Cerebrum. 4.  
Fel. 5. Penna. 6. Fimus.

Vires.

1. Caro conuenire iudicatur affe-  
ctib. capitis, Epilepsie, Hemicranie,  
& simil. Decoctum cutis vitia sanare  
perhibetur.

2. Pinguendo, conuenit neruis.  
3. Cerebrum subuenit capitis  
imbecillitati, (illitum vel naribus in-  
ditum.  
4. Fel, Epilepsiam arcere dicitur  
(assumptum cum vino.  
5. Penna, de pennis nugantur, si pe-  
dibus subdantur, quod partum poten-  
ter promoueant.  
6. Fimus, nidore partum excutit.

CLASSIS III.

DE PISCIBVS.

LXXII. Anguilla.

ἄγγυλα, Aal.

OFFICIN. NAT.

1. Pinguedo. 2. Caput. 3. Sanguis.

1. Pinguedo vulneraria est, capillos  
generat, (illita in alopecia:) auditum  
restituit, (instillata auri;) hæmorrhoi-  
des mitigat.

2. Caput anguillæ Verrucis cutis  
mederi aiunt, sc. si caput sanguinolentum  
adhuc, quo Verrucæ tactæ sint,  
terra cooperiatur, vt putrescat.

3. Sanguis adhuc tepidus colicos  
domare dolores dicitur, cum Vino  
assumptus.

N. Sunt, qui dicunt Vinum, in quo  
Anguilla suffocata fuerint, abstemios  
reddere, (bibitum.

LXXIII. Barbo.

ἄγγυλα, Barbo, Barbe, Barine.

Piscis est culinis satis laudabilis.

Officinis a. in vsu n. est, Oua tamen  
à ruricolis nonnullis assumuntur, ad  
ciendum vomitum & aluum, quod sat  
violenter perficiunt.

LXXIV. Blatta Bizantia.

ὄγγυλα, Vnguis odoratus.

Testa seu tegumentum est Conchylij,  
odore castoreum æmulans.

N. 1. Conchylium (Conchyla Indi-  
ca) est species Conchar. oblongarum, qua  
an lucubus nardiferis nascens, nardis  
vinit, vnde & testa odorẽ castorei amu-  
lum spirat.

N. 2. Sunt qui Conchylium & pur-  
puram seu buccinum inter se confun-  
dunt, sed male: Illud enim est ex genere  
conchar. oblongar. hoc ex genere rotun-  
darum.

Vires. Vnguis odoratus internè laxat  
aluum, splenem mollit, vitiososque humo-  
res discutit.

Externè excitat suffitu sceminas  
strangulatu vteri oppressas, comitiales-  
que. In reliquis idẽ præstare poterit,  
quod aliæ concharũ testæ, V. de Concha.

N. Blatta Dioscoridis sunt è genere  
Vermium. nobisque incognite.

LXXV. Cancer.

καρκίνος, κάμπαρος Astacus, Krebs.

OFFICIN. NAT.

1. Cancer integer, i. e. substantia edu-  
lis.

Y Y y 2 lis.



lis. 2. Oculi, 3. Putamen.

Vires.

1. Refrigerant Cancri, humectant, dolorem sedant, ferocientes spiritus figunt.

Hinc Vfus præcipui in Æstu, ac dolore Capitis & Renum, (contusi ac cataplastati,) in Angina, (fit gargarisimus ex succo cancrorum, imò & internè succus exhiberi poterit.) In Atrophia (exhibetur internè succus cum  $\nabla$ , vel succo Chelidonia, Externè fieri potest Emplast. ex cancris tuis, Epate Vitulino, atque Ol. Oliuar. Laurinòque. Tela ac Spicula è corporibus extrahunt, triti & imposti. Valent & in igne persico ac ambustis.

2. Oculi Cancri (lapides Cancri) refrigerant, siccant, abstergunt, discutunt, calculum atterunt, tartarum & sanguinem coagulatum resoluunt.

Hinc Vfus magni in Nephritide, Pleuritide, Asthmate, dolore Colico, &c. siue etudi, tritique assumantur, siue vsti & præparati, inferunt itidem dentib. abstergendis.

3. Putamen (testa) eadem cum oculis dictis vires obtinet. Insuper scabiem puerorum ex falsis humorib. sanat, (oleo rosaceo permixtum & illitum, februm intermittentium paroxysmos atcet.

N. Præstat putamen nouellum tenuius, quo induuntur, postquam crassius deposuerint annuatim.

PRÆPAR.

1. Cinis cancrorum (i. e. Cancri combusti) exiccatorius est, proprietate pollet aduersus morbum canis rabidi, (assumptus cum radic. Gentian.) Rimas pedum ac sedis verruculas & carcinomata cum melle lenit. Sunt & qui cancos combustos propinant in dysenteria.

N. Galenus hoc Medicamenti genus, quod ab Æschryone Empirico didicisse constat, maximè ad morsum rabidi canis commendat, Æschryonemque cancos viuos in patella area vssisse ait, donec in lauorem facile redigi poterant, idque per ortum Canis, Ole transeunte in  $\Omega$ .

Dosis Cochlear paruum ad  $\mathcal{C}$  40. continuatum.

2. Oculi cancri præparati F. l. c. læuigando, cum  $\nabla$ , v gr. scniculi.

3. Mag. oculor.  $\mathcal{C}$  v. l. 2.

4.  $\nabla$  canror. fit è cancris MB vel  $\mathcal{E}$  destillatis.

Vires. Vrinampellit, calculum atterit, siim extinguit.

N. Quercetanus macerat cancos cum  $\nabla$  semperuiui maioris per  $\mathcal{C}$  m, hinc  $\mathcal{G}$  at, ter cohobando, adhibetque inflammationibus, combustis, carcinomatibus maximè prodesse ait, inprimis si sale ex remanentia elixiuato imbratur. Pharm. Res. c. 7.

5. Oleum seu Liguor Ocul.  $\mathcal{C}$  fit l. cum. per deliq.

N. Alior.

2. Pulu. oc.  $\mathcal{C}$  3. v.  $\mathcal{O}$  7. p. d. 3v1. dig. in F. Eq. ( 15.) hinc coagula & extrahe  $\mathcal{V}$ . Tandem abstrahe  $\mathcal{V}$  & remanet  $\mathcal{O}$ .

Dosis g. 4. ad 6. Harim. in pract.

LXXXVI. Carpio vel Carpo.

$\mathcal{K}$ arpus, Carpa, Karp, Karpff.

Piscis est notus limo & muco viuens.

OFFICIN. NAT.

1. Fel. 2. Axungia, 3. Lapis triangul. 4. Lapilli oblongi.

Vires.

1. Fel. oculor. hebetudini & nubeculæ



mibeculæ subuenit.

2. *Axungia* neruorum affectibus calidis auxilio est.

3. *Lapillus Carpionis* (triangularis in capite repertus, *Karpffenstein*,) colicis dolorib. calculosis, comitialibusque conferre statuitur.

4. *Lapilli duo* supra oculos existentes, itidem ad Epilepsiam commendantur.

LXXVII. *Cetus & Manati.*

*Cete, VV allfisch.*

*Cete* nomen generaliter pisces vastos viuiparos denotat; specialiter tamen pro maxima eorundem specie sumitur, quæ ob vastam suam magnitudinem ac conformationem quadrupes æmulatur.

OFFICIN. NAT.

*Axungia* quæ medetur scabiei, (*illita*.

N. *Ex hoc animali sunt qui sperma Ceti Officinæ desumi volunt, sed malè, v. l. 3. c. 31.*

*Alij Ambram ei acceptam referunt, sed iidem falso*

*Manati.*

Cetorum generibus annumeratur *Piscis Manati* dictus, à pedibus binis anterioribus, quos solum refert, nimirum hos manus *Hispani* vocant, vnde & *piscem manatum*, ac si diceret manibus præditum, vocauerunt. *Belgæ* ob similitudinem capitis, quo *Vacam* mentitur, *Vaccam marinam* (*Seeuh*) appellant. Vid. *Clus. Aldrouand. Monard. Gomar.*

OFFICIN.

*Lapis Manati* seu de *Manati*, vulgo *Lapis manatin* est lapis seu os crustaceum ex capite eius exemptum, id-

que variforme, nonnunquam enim dentes refert, vnde & nonnullis *Seeuh, Zahn*, i. e. dens *Vaccæ* marinæ audit, aliquando ossicula aurium mentiuntur, adeoque ossa audirus dicuntur.

PRÆPAR.

1. *Præparat.* fit ex calcinato s. cremato.

N. *Præstat irrorare aqua aliqua conueniente v. g. Fœniculi &c.*

Vites. Summe commendatur ad calculos renum & vesica comminendos, dolores nephriticos ac colicos sedandos.

*Dosis* ℥j. & ultra.

N. *Sunt qui ad ℥j. ascendunt.*

2. *Magist.* Fieri potest soluendo cum spiritu ☉ vel ☽i, ac præcipitando cum ♄.

LXXVIII. *Concha.*

*Muscheln.*

Est genus piscium capite destitutum, testis (quas eodem nomine *Conchas* vocant,) circum vallatum, siue duplex testa illa sit & complicatilis, siue simplex.

Ex harum genere sunt & *Margaritifera*, quas vide infra & l. 3. c. 7.

Varias sub se species complectitur, secundum figuram coloremque vt plurimum nomina nactas, vel & peculiari nomine insignitas.

*Sic sunt:*

*Conchæ* longæ *Rhomboides*, squammosæ, striatæ, echinatæ corallinæ, leues, &c. *Huc* ostrea, matet perlat. blatta bizantia, *Chamæ* generum varior, &c. *Vmbilicus marinus*, dentaliū, antalium, purpura, conchylum.

N. 1. *Crescit Concha ac decrescit cum*  
*Y Y y y 3* *cremento*



cremento & decremento Luna.

N. 2. Inter aquatilia nullum animal esse perhibetur, quod maiori desiderio reueatur, uescendi carne humana quam hoc ipsum.

## OFFICIN. NAT.

1. Testa. 2. Caro. 3. Margarita, de quibus l. 3.

## Vires.

1. Testa conchar. vim habent exiccandi, sudorem mouendi, abstergendi, &c.

Hinc Vfus earum internus præcipuè est in febrilib. quib. interueniente sudore medentur.

Externè conueniunt in dentificiis absterforiis, in mariscis & condylomatibus ani reprimendis *(calx applicata)*.

## PRÆPARATA.

Adhibentur autem conchæ, tum puluerisatæ solummodo, tum calcinatæ & puluerisatæ, vel & simul lege communi, cum  $\nabla$  card. bened. & sim. læuigando præparatæ.

N. Nostratibus hoc nomen sibi communiter vendicat, genus conchar. oblongum, quod hisce in locis vulgariis reliquis inuenitur.

Ex horum testis fit famosum illud Antifebrile Crollianum.

## Hoc modo:

Testis dictis affunde +, sterpernoctem, tunc extrahit mucorem, quo abrafo, calcina testas ad albedinem vsque, pulueremque serua.

Vires. Ciet sudorem sat largiter, adeoque instante paroxysmo (præcipuè tertiano,) exhibitus febris soluit, maxime si vice secunda vel tertia iteretur.

Dosis  $\mathfrak{ss}$ . ad  $\mathfrak{zj}$ .

N. Crollius exhibet in haustu Cereuisia calida cum tantillo butyri.

Caro concharum, id est, sub-

stantia edulis, culinatis potissimum est, & in cibo quartanis conuenire dicitur.

## LXXIX. Dentalium &amp; Entalium.

Dentalium est conchula parua, oblonga, exterius asperula, intus leuissima, tubuli modo concava, alteraque parte rimam habens canini dentis instar acuminatam, vnde & dentalium nominatur.

N. Non piscis, sed vermis oblongus, ac tenuis dentali incola est; adnascitur saxi marini, conchisue vetustis.

Entalium itidem testaceum quoddam est marinum, instar parui cornu longiusculum, rectum & cauum, foris striatum, intus læue, raro longitudinem digiti superans.

N. Videtur esse Dactylus Plinij.

Vires. Vtrumque etsi in Medicina hætenus parum, & non nisi in vnguento Citrino vsitatum sit, attamen cum aliis restar. generib. ad similes affectus adhiberi posse verisimile est.

## LXXX. Halec.

Mann, Halecus, Harengus, Hering.

Piscis est Marinus Oceano Baltico, aliisque Germaniæ Oceanis familiaris.

## OFFICIN. NAT.

1. Vesicula. (Halecis anima dicta,) 2. Ipsum Halec & 3. Muria.

## Vires.

1. Anima dicta N. IX. exhibitæ vriam ctere dicuntur.

2. Integrum Halec salitum imponitur plantis pedum ad humores à capi-



te detruandos, astumque febrilem domandum. Cinis exhibetur ad calculum atterendum, (si ut cancerorum.

3 *Muria*, (Garum) est brodium, quo Halec vel alius piscis fuerit conditum. Inseruit Clysterib. in coxendicum dolore & Hydrope, mundificat vlcera foetida, Gangranam cohibet, strumas dissipat, ad anginas valet, (cum melle illius.

LXXXI. Huso Ichthiocolla.

Ex ossis, *Hausen*.

Genus piscis est à maximis (longit. 24. pedum pondere nonnunquam ad lb. 400.) Cartilagineum, ossib. expers, (exceptis quæ in capite sunt, absque squammis, &c.

Familiaris piscis est Danubio, nimirum ex Mari in Danubium desiderio aquar. dulcium ascendit.

OFFICIN.

Exhibet Officinis *Ichthyocollam* (Arab. *Alkanna Hausblasen*,) quæ glutinis genus est, colore album, ex illius corio, intestinis, ventriculo, pinnis & caudâ confectum.

Idque hoc modo:

Partes dictæ in frustula tenuissima sectæ macerantur, in  $\nabla$  calidæ q. s. hinc coquuntur lento  $\Delta$ e ad consistentiam pulvis, malaxanturque antequâ refrixerint in massam.

Vires. Siccat, explet, quadantenus mollit.

Hinc Vfus eius est in Emplastris glutinantibus.

N. Adhibetur & ad gelanda iura. (*Gälrey, machen*,) ex eisdem addito Saccharo cand. excoquitur etiam translucidum & flavum glutinum genus, (*Fischleim & Mundleim appellatum*.)

quod in ore liquefactum ad chartas glutiuandas adhibetur.

LXXXII. Lucius.

*Λάβραξ*, aliis *νόσος*, *Lupus*, *Hecht*.

N. Sunt qui Lucium ac Lupum confundant, quod etsi nominatenus cõcedi possit, cū utriusque piscis sit rapax ut *Lupus* terrestris, attamen re ipsa distinguuntur.

*Lupus* siquidem veterum, marinus piscis est, signaque à *Lucio* aliene.

OFFICIN. NAT.

1. *Fel.* 2. *Cor.* 3. *Mandibula.* 4. *Officulum cruciforme.* 5. *Axungia.* 6. *Oua Vires.*

1. *Fel.* Febrim arcere volunt, (si assumantur N. 3.

Extrinfecus inseruit oculorum maculis, hebetudini, aliisque eorum affectibus.

2. *Cor.* aduersus Februm paroxysmos deuoratur.

N. Sunt qui *Cor* viuo *Lucio* exemptum deuorare, luciumque corde orbem denno influentem  $\nabla$ m comicere inbeant.

3. *Mandibula.* exiccat, abstergit. Hinc datur in pleuritide ceu specificum; confert itidem vt & reliqua capitis officula in calculo, fluore albo mulierum, partuque difficili.

Extrinfecus sistit (cinis) synoniam, vulnera inueterata mundificat, hæmorrhoides exiccat.

4. *Officulum cruciforme* ex capite *Lucij*, commendatur quibusdam ad Epilepsiam (assumptum).

N. *Periapton* singulare quibusdam habetur aduersus incantamenta.

5. *Axungia* vulgare Medicamentum est, illiniturque plantis pedum & pectusculis



pectusculis infantulorum, ad reuellendos catarrhos & demulcendam tussim.

6. *Oua*, vomitum ac aluum ciere apta sunt, unde & huius gratia medicamenti loco à plebeis exhibentur.

## PRÆPAR.

∇ *fellis* destillata oculis subuenit.

LXXXIII. *Mater Perlarum.*

Macra Perlarum seu Margaritarum Perlen Mutter.

Species est Concharum, à Margaritis nomen ducentium, quæ inibi frequentius, quam in reliquis inueniuntur.

Vires. *Præter vires concharum communes (vide supra) sunt qui vim cordialem huic attribuunt, verum quo successu, videant ipsimet.*

Alij Antifebrile ex eadem conficiunt, ad modum, quem supra ex conchis oblongis dedimus.

LXXXIV. *Mustela.*

Zaū. G., Gobius fluuiatilis, Mustela fluu. Gefner. Aalraup, Aalrnp, Trusche, Duapp.

## OFFICIN.

1. *Epar.* 2. *Ventriculus.* 3. *Spina.*

## Vires.

1. *Hepar* in vitro suspensum calore expositum, in liquorem liquefcit flauum, admodum vtilem oculorum hebetudini ac nubeculis.

2. *Ventriculus* commendatur summè ad affectus vterinos, præcipuè autem fertur secundinas pellere, colicosque dolores abigere, *(potus).*

3. *Spina* puluerisfata caducum expugnare fertur.

LXXXV. *Ostrea.*

Ostrea, *Oster Muscheln.*

Sunt conchæ marinæ, ex genere rotundarum.

Vires. Ostrea pestiferos bubones loco transferunt, & virus omne ad se trahunt: Sunt autem agglutinanda brachij parti, qua axillaris decurrit, videlicet si bubo in aliis sit, sin vero inguen obfederit, lineamentis femoris quæ vena cruris describit. *Hollerius.*

*N. Testa concharum vicaria esse possunt.*

LXXXVI. *Perca.*

Percus, *perca, Bersich.*

Perca fluuiat, (ad differentiam Percæ marinæ, quæ piscis ab hoc differens est.

## OFFICIN. NAT.

Lapides in capite reperti, iuxta spinæ dorfi initium: Hi virib. conueniunt cum reliquis lapidib. testaceis, adhibenturque in calculo atterendo, renib. abstergendis.

Extrinsecus in dentificiis, vulnerib. exiccandis.

LXXXVII. *Rana aquatica.*

Bärre zog, } aquatica, hæc vsualis.  
Rana Frosch } terrestris  
amphibia.

Præfertur ex aquaticis, quæ in fluuiis puris ac fontib. reperitur, eaque viridis.

Rubeta nimirum, & quæ in lacub. habitat, damnatur ceu perniciosa.

Terrestris itidè cedit aquaticis, imo quæ maculata ex his sunt, venenatæ habentur.

*N. De Ranunculo viridi, vide*

*Class. 3.*



Class. I.

OFFICIN. NAT.

1. Ipsa Rana 2. Cor. 3. Epar. 4. Fel. 5. Pinguedo. 6. Sperma Ranarum.

Vires.

1. Dioscoridi Rana ipsa contra omnium serpentium venena pro Antidoto sunt, si ex sale & oleo, vel butyro edantur, iusque earum itidem sorbeatur. Valent & aduersus inueteratos tendinum rigores.

Inducit etiam vini fastidium, si vinum in quo viua rana viridis suffocata est, propinetur: Viua Anthraci pestilenti imposita, donec moriatur, venenum elicit. Viua integra alligatur ad caufonum aestus: articulo: & iuncturar. dolores mitigat, ignesque sacros restinguit, (viua scil. vel conusa imposita.) Odontalgiam sedat, cocta & in gargarismo adhibita.

N. Si ventri torminoso adhibeatur, in ipsam vitium transire confestim fertur.

2. Cor Ranarum (maximè fluuiatilium) febricitantium Spinæ alligatum, febriles algores minuit. Sunt qui cordis regioni admoueant ad mitigandos caufonum aestus & incendia. Mizald.

3. Epar exiccatum & puluerisatum in febrium quartanar. (& aliar.) accessione cum successu assumi, aiunt. Crato exhibet in  $\nabla$  millefolij.

N. Epata ranar. viridum in paludibus degentium, cen peculiare specificum ad Epilepsiam commendant.

Exhibere inuent sub coniunctione Luminarium in  $\odot$  existente. Petrus Nosolog.

4. Fel, peculiariter oculis conuenit, quartanamque curare dicitur incineratum & ad  $\zeta\beta$ . exhibitum.

5. Pinguedo aurib. indita dolorib. medetur.

6. Sperma ranarum, (sperniola) Froschleich, refrigerat, constipat, increfat, dolores mitigat, manuum scabiem curat, (si mense Martio in eo lauentur,) paronichia & herpes interficit, eryspelati & ambustis, aliisque inflammationib. succurrit, (impositum.) Faciei ruborem curat, fluxui mensium & hæmorrhoidū medetur (vulvæ vel ano inditū.

N. Linteum hoc spermate aliquoties madefactum & exiccatum pro usu seruant. Alij idem sperma in fictili recondunt in terram, loco scil. aprico, quo in  $\nabla$  cum tempore conuertitur.

PRÆPAR.

1. Cinis inspersus sanguinem profluentem, (e. gr. vulnerum, nariumque) sistit. Vteri hæmorrhagias suffitu reprimat, alopecis ex liquida pice illinitur.

Internè gonorrhæam cohibet (assumptus  $\zeta\jmath$ ).

2. Aqua stillatitia è Ranis.

Fit è Ranis viuis sub finem Martij, vel initio Aprilis captis, per  $\text{XX}$ .

3.  $\nabla$ . stillat, ex spermate.

Fit per  $\text{XX}$ , è spermate collecto Martio.

N. Sal addere solent.

Vires. Ex precedentibus patent, præter quas Vesica ab humorū acrimonia exulcerata egregia medela est. Facit & ad repellendum & sistendum sanguinis profuuiū & faciei ruborem, impetigines curat, eryspelati ac gangranis succurrit.

4. Oleum.

Fit coquendo ranas cum  $\odot$  o communi vel Rosac.

5. Pulvis sperniola compositus.

Vide libr. 2. in Pulueribus

N. 1. Vbi rana, spermaque earundem aut limaces, lumbrici, cancri, & sententiæ animata veniunt & anda, includenda esse linteolo mundo & in medio cucurb.

Z Z z z suspendenda,



suspendenda, ut velut per vapores stillent, alias aqua putoris erunt participes. In linteis autem remanebit pulvis animalium istorum opt. preparatus, cui maioris correctionis ergo  $\nabla$  guttulas aliquot instillabis & rursus exiccabis, vel cum eodem  $\nabla$  tincturam elicies.

N. 2. Fabricius de Gangr. pulu. dilaudat ad Ulcera maligna & inflammationes omnes compescendas.

## LXXXVIII. Sepia.

Σηπία, Black fish. Black kuttel.

OFFICIN. NAT.

1. Os Sepia. 2. Humor ater. 3. Oua. Vires.

1. Os Sepia, σπηπιον, exiccat, abstergit, (puluerisatum vel incineratum,) maculis, nauiis, scabiei humidæ medetur oculis conuenit, (cum melle cinis inditus,) gingiuis tumidis subuenit, (in dentifriciis) asthmaticis auxilio est, (assumptus.) Gonorrhæa sistit, calculos pellit, vrinas mouet (puluis assumptus). Dosi.

2. Humor ater (Ointe) intra vesiculam in corpore repertus, aluum mouere dicitur, assumptus.

3. Oua renes & vtereres abstergunt, menses & vrinam cient.

## LXXXIX. Sturio.

Ακτινίστρος, Ταλαζίας, Gal. Aquipenfer, Stora, ein Star, Stür, Stürlein.

Piscis est dorso ac ventre echinatus, dulcesque falsasque aquas colens, magnitudinis proceræ.

Vires. Ossa Sturionis, dicti piscis commendantur in Arthritide vaga, (exhibita) Forest. lib. 20. obseru. 12. in Epistola D. D. de Brahe.

Vt & in Colicis doloribus discutendis.

## XC. Testudo.

Χελών λιμυρῶς, Schildkryote.

Animal est  $\alpha\mu\phi\beta\iota\omicron\tau\omicron\varsigma$  è genere Testaceorum, scutum testaceum in dorso gerens.

OFFICIN. NAT.

1. Crura. 2. Sanguis. 3. Fel. Vires.

1. Crura pro Periapto antipodagrico experientissimo adhibentur.

Videlicet:

Accipiat Testudo masculina (cognoscitur inter cætera ex caudæ discrimine, & leni sub interiore testa incisura, vbi Luna maximè fuerit diminuta, priusquam cum Sole coniungatur, amputentur viuæ crura omnia, ea confuta in sacculos ex pelle hædina angustos alligentur membris patientibus, ita vt dextrum crus testudinis dextro cruri ægrotantis respondeat, sinistrum sinistro. Item antierius crus dextrum brachio dextro applicetur, sinistrum sinistro. Solenand. secl. 1. consil. medic. 20. Schenckius in obseru. Idem refert Bapt. Porta ex Rhafi & Constantino, libr. 4. Phytogn. cap. 4.

2. Sanguis Testudinis marinæ & terrestris, in remediis internis pro antidoto datur ad  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$ .

Sanguis Testudinis terrestris ad Hecticam imperatur (recens & crudus ad  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ .) exiccatus ad Epilepsiam commendatur.

3. Fel, Oculis confert.

## XCI. Thymallus.

Θύμαλος, Alchia, Asche.

OFFICIN.



CLASSIS IV. DE ANIMALIB. 731

OFFICIN. NAT.

*Axungia.*

Vires, Oculorum maculas, vnguesque abstergit, Sole liquata & melle permixta, maculas cutis tollit, foveas post variolas relictas explet, (*illita.*

XCII. *Tinea.*

*Σύμπος, Tencha, Schleye.*

Piscis est mucosus, excrementitius, amans aquas palustres, cænosas, lutofas, viuens cæno, generatur, tum ex traduce, tum sponte. Familiaritate lucio coniuncta est.

OFFICIN. NAT.

1. *Integer piscis.* 2. *Fel.* 3. *Lapillus.*

Vires.

1. *Integer piscis* dissectus imponitur pulsibus, manuum pedumque plantis, ad mitigandum æstum febrilem, vel & ad diuertendum venenum pestilentielle. Simili etiam modo adhi-

beri solet in dolore capitis ac articular. Viua *tinea* (*vna post alteram*) umbilico ac epati imposita, donec moriantur. Isterum curare dicuntur, luteum nimirum contrahunt colorem. Incineratam tineam, (præcipuè tegumentum) in fluore albo mulierum exhiberi vidi cum successu.

2. *Fel*, commendatur ad aurium affectus.

3. In Capite gerit *Lapidum* vt *Carpio*, qui ad similes affectus exhiberi poterit, quo dictus *Carpionis lapis*.

XCIII. *Truta.*

*Χυσορροπος, Aurata, Variolus, Variola, Trutta, Fohre, Forelle.*

Piscis est culinis creberrimus & laudabilis.

OFFICIN. NAT.

*Pinguedo.* Hæc illinitur vtiliter mariscis & ani fissuris.

CLASSIS IV.

DE INSECTIS.

XCIV. *Apes.*

Membræ, Apis, } Domestica huius  
Immen, Bienen, } loci.  
                          } Sylæstris fera,  
                          } Hummel.

Apis insectum est mellificans, viuens, tum florum melligine, tum melle ex illa melligine confecto.

OFFICIN. NAT.

1. *Apis* 2. *Mel.* 3. *Cera.* 4. *Propolis.*

1. *Apes* sicca & contrita inunctis alopeciis capillum restituunt.

11. *Mel*, eligendum est flauum pellucidum, odore ac sapore iucundum, consistentia, neque crassum, ac concretum, neque dilutum nimis, omni ex parte vnitum seu continuum. Flauo succedit album, quod itidem, modo reliqua bonitatis signa defuerint, non contemnendum. Vitetur autem in mellis electione fauus araneorum texturis refertus. Omnibus porro præfertur *Mel Virgineum* dictum, id est, quod nouellæ apes conficiunt, colore, ex flauo albicans.

Z Z Z 2. Vires



Vires. Mel calidum ac siccum statuitur gr. 2. (albicans tamen minus calidum censetur. nutrit, abstergit, aperit, pulmonib. conuenit, urinam ciet; tussi medetur, putredini resistit.

Extrinsecus oculorum caliginem discutit, aliisque eorum affectib. succurrit.

Cautio.

1. Mel quia facile bilefcit, Epati calidioribusque corporib. non adeò proficuum est.

2. Mel crudum aluum inflat, tussim laceffit; fastidium creat.

N. Mel Galeno succus est roris caelestis, ab Apibus collectus. Paracelsus sinusum quid terra est, in vegetabile genui virtute plantarum ac insuentiarum caelestium transplantatum, & hinc ab apibus collectum atque ulterius digestum. Vide Paracels. de Naturalibus.

Hinc variat quoque 1. pro varietate plantarum, qua ratione optimum censetur apum in rosetis, vel liliatis, &c. de gentium 2. diuersum quoque Mel existit pro diuersitate insuentiarum. Sic Mel praestantissimum habetur, quod anno sereno ac salubri Vere ac Aestate confectum. Quercetano dicitur Ros vel Manna caelestis, atque inde sua aceta Philosophica preparat.

P R A E P A R.

I. Mel depuratum.

℞. Mellis, q. v. affunde ∇ portionem, (æqualem vel duplam, triplam uè, si valde impurum fuerit, vel si alienæ rei expers sit, sine additione, ) coque & despuma sochleari pertuso.

N. 1. Quod si hac ratione non satis depuratum foret, clarificari poterit cum albuminibus ouorum singulis ad singulas libras adhibitis, v. l. i. c. 14.

N. 2. Conrad. Kunrath dictam mellis depurationem improbat, quippe quâ

potiores ac meliores spiritus, quibus maxime impragnatum est, in auram euanescent. Itaque hanc substituit.

℞. Mel Virgineum nondum Di commissum vna cum fauis, inde Manicæ Hippocraticæ, suspendeque in loco tepido Solis, vel in hipocausto vaporib. aqueis, (vt Balneatorum balnea calferi solent,) calfacto vt perfluat Mel.

II. Mel destillatum.

Vnde:

1. ∇ Mellis, Spiritus atque Oleum.  
℞. Mellis lb. i. adde ∅, vel silicum mundor contusor, arenæ uè ℥iij. ℥vi. (aliq. etiam addunt segmenta Ligni Iuniperini,) destilla per ∅m gradatim, & exit ∇ alba, dein flaua, cum ∅∅o, vt & Spiritus, quæ aliquoties rectificentur.

Alij eliciunt primo ∇m in cucurbita ex ℞. Remanenti in cucurbita melli addunt ∅m, vel silices calcinatos contusos, & antque per ∅m ∇m flauam cum ∅∅o. Hæc digerunt aliquoties, & ∅ aliquot (56.) dein & ant, tandem ∅∅ supernatans ab ∇ separant. Sennert. Quercete Med. destillat.

Alij

℞. Mel cum cera & fauo, ponunt in finum ad putrefactionem per ∅m, finumque sapius (dieb. ternis) mutant: Hinc & ant. 1. Exit ∇ alba (faciei absterctioni dicata. 2. flaua, Osvald.

N. 1. ∇m hanc flauam esse menstruum Franc. Anton, sunt qui putent, sed male.

N. Adduntur ∅∅, vel silices, vel vitrum, vt feruescent, ad quam Mel maxime proclius est, praueatur, id quod aliq. meditantur sacculos paruos re-fertos imponendo.

N. 3. Sunt qui ∇m primo elicitam super



super nouum Mel fundunt & rectifi-  
cant.

Vires. Vtraque  $\nabla$  alba scilicet & fla-  
ua, suffusiones & albugines oculorum sa-  
nat, capillis producendis confert. Inser-  
uit Tinctura Corallorum extrahenda.

Intrinsicus reserat obstructions, pel-  
lit urinam, atterit calculum.

Oleum quod instar  $\nabla$  vita ardet,  
vires habet admirandas, praesertim si per  
& aliquot circuletur cum  $\nabla$ . Et enim  
separato iterum illo  $\nabla$ , remanet  $\odot\odot$   
dulce & gratissimi saporis, vulneribus  
scelopetariis & phagedanicis vlcerib.  
plurimum conducens. Singulare quoque  
est ad podagricos dolores sedandos. Di-  
scutit maculas faciei cum  $\odot\odot$  Cam-  
phora.

2. Oleum Mellis compositum.

R. Mell. lb. ij.  $\odot$  i calcinati, lb. i.  
Vrectif. lb.  $\frac{1}{2}$ . destilla per  $\odot$ m,  
primo extillat phlegma, dein  $\nabla$ vrge  
 $\S$ . 20.

Vires. Lenit dolores podagricos, si  
locus affectus eo illinatur.

3. Acetum mellis.

R. Mellis opt. p. i.  $\nabla$  fluu. p. vii i.  
coque ad medietatem, postea suspende  
in eodem semen Erucae in petia, atque  
reponere in loco calido vel Sole, donec  
defuerint. Fit paulatim + acerrimum,  
quod  $\S$ etur.

Vires. Praeter alios vsus soluit & st-  
lices, reliquosque lapides, etiam sine ulla  
precedente calcinatione, Hartman. in  
Croll, Senn. Inst.

4. Tinctura mellis.

Tincturam mellis Beguinus extrahit  
ex melle crudo cum arenis impastato,  
eamque exhibet Phthysicis pro nutri-  
mento.

5. Qu. Essentia mellis.

1. R. Mel cum fauis, q. v. (lb. xv. elice

$\nabla$  per  $\odot$ m, qua prolecta relinqua-  
tur adhuc remanens materia in  $\odot$ m  
feruenti,  $\odot$   $\frac{1}{2}$  (5).

Dein 2. affunde  $\nabla$  atque extrahe s.  
a. tincturam, eamque decantaram puri-  
fica optimè per digestionem ac subsi-  
dentiam. Tandem destilla Tincturam  
per  $\odot$ m ad siccitatem, destillatum  
dicitur Elementum aëris, Essentia illa  
remanens, Ignis.

3. Ex fecib. incineratis (prolecto pri-  
us  $\odot\odot$  per descensum  $\odot$ muè, si ita  
visum fuerit,) extrahe Sal cum  $\nabla$  com-  
mun, more solito, idque purifica opti-  
mè, (dicitur Elem. Terræ.

4. Coniunge iam omnia atque de-  
stillata ex  $\odot$ ib. per  $\nabla$  roties cohoban-  
do, donec omnia volatilia sint, ac  $\nabla$   
transcenderint.

Sic habes Qu. E. Mellis.

Vires. Instar Panaceæ esse poterit.  
Dosis gr. iij. .iv. v. &c. Med. destil.

6. Elixir Mellis.

Clystus.

R. Mel per Manicam Hipp. depura-  
tum. Elice  $\nabla$ m,  $\odot\odot$  ac  $\odot$ : Sal elici-  
tum porato per vices aqua sua, dein  
 $\odot\odot$  donec omnia imbiberit & coa-  
gulum inde factum fuerit.

Vires. Eadem vires cum Qu. Ess.  
mellis possidet, Med. destil.

7. Sunt & varia Officinalia vsualia,  
quæ mel tum basin agnoscunt, vt Hy-  
dromelitim genera, tum asservationis  
medium, vt Syrupi quamplurimi, &c.

III. Cera,  $\nabla$  Arabie. Hamaha  
Wachs. Medium quodammodo tenet  
calfacientium, refrigerantium, hume-  
stantium & desiccantium, ita tamen,  
vt ad caliditatem inclinēt, partium qua-  
dantenus est crassarum & emplastica-  
rum, ideòque digerit, maturat, &c.

N. Adeo vsitata Officinis est, vt vix  
ZZzz 3 Emplastrum



Emplastrum reperias, cuius non exhibe-  
at consistentiam.

## PRÆPARATA.

Oleum Cera. v.l. 2. c. 70.

Vires. Diureticum est, daturque in-  
trinsecus, gut, dos. iij. v. v.

1. Oleum cera boni odoris & coloris.

Fit, si rectificetur super recentes ce-  
ræ particulas Δ cinerum. Ex eo fit

2. Balsamus Vulnerarius.

Per macerationem menstrualem flo-  
rum hyperic. & rad. consolid. maior.

3. Magisterium cera.

Fit ex eâ solutâ in √, filtrataque,  
vt remaneat in chartâ instar butyri,  
quod edulcatum atque ad ʒ. j. propina-  
tum valet eximie ad Dysenteriam.

IV. Propolis, Πρόπολις, σκώριον, Dio-  
scor. Cera Virginea, Borstosz, Stop. VVa-  
chs, Bienhartz, rudis est, & cerosa, cras-  
saque materia seu gluten in alucorum  
forib. repertum.

Eligenda flava, odorata, Styracem  
vel galbanum referens, in vehementi  
ariditate mellis, & Mastichis in mo-  
dum ductili.

Vires. Calf. 2. aut princip. 3. leniter  
abstergit, attrahit, aculeos & omnia infi-  
xa corporis extrahit, dura concoquit, do-  
lores demulcet, ulcera desperata cicatrice  
obducit. In veteri tussi suffitu inuat.

## XCV. Araneus.

Αράνη, Αράνη, Spin:

Insectum est venenatum, puncturis  
suis nocivum. Variorum est generum  
promiscuè vsualium.

Est e. Araneus maior coloris scil. va-  
rij, vel minor coloris nigri, &c. Distin-  
guitur sexu, coitque. Vere ac initio  
Æstatis, & aliquando Autumno & ini-  
tio Hyemis, ynde & eo temporis pun-

cto magis noxius habetur. Viuit muscis  
quibus capiendis retia sua pandit.

## OFFICIN. NAT.

1. Aranei. 2. Tela Araneor, (Aranea  
dicta.

## Vires.

1. Araneus febriles paroxysmos ar-  
cere dicitur, (pulsib. metacarpj, tempo-  
ribusue impositus,) peculiariter tamen  
ad quartanam commendatur, (putami-  
ne auellana inclusus, colloque suspensus  
vel lacerto appensus.

2. Tela, constringit, conglutinat,  
ideoque vulneraria est, sanguinem co-  
hibens, inflammationem præcauens.  
Ad arcendos febriles motus non so-  
lum externè, sed (& satis audacter) in-  
ternè à nonnullis adhibetur.

## PRÆPARATA.

Oleum aranearium simplex & com-  
positum fieri potest ex infusione, vt oleum  
scorpiannum.

Vires. Ingreditur Emplastrum fe-  
brile.

## XCVI. Asellî.

Ἄσπελον, Gal. Ὄστ, Dioscor. Τίλοι, Plin.  
Procelliones millepedæ, multipedes,  
Eselgen, Schaffelein.

Nascuntur in locis humidis, cellis,  
& simil. sub lapidib. vasitque ∇ reple-  
tis, ad tactum sese contrahunt ac rotun-  
dant.

Vires. Tenuium partium sunt, digerunt,  
extenuant, abstergunt, aperiant. Hinc  
utilitatis peculiaris sunt in mucilage  
tartarea resoluenda, calculoque ad mu-  
cilaginem reducendo, in obstructionib.  
viscerum aperiendis, adeoque in morbo  
regio, in dolore nephritico, difficultate  
vrina, in colica, appetitque ob vetriculî  
mucilagonē immittunt, in Asthmate, &c.

Extrinsecus



CLASSIS IV. DE ANIMALIB. 735

Extrinfecus commendatur puluis ad affectus oculorum, ad aurium dolores & anginam (cum melle illitus.

Vivus impositus phagedanam perimit.

Dosis à ℞j. ad ℞j. in pulvere cum vino vel ∇ aliqua nephritica.

PRÆPAR.

Alij lauant in vino ac exiccant, iterumque lauant ac siccant, hinc puluerisunt ac imbibunt in  $\text{Nu} \text{ } \text{O}$ .

Dosis gut. iij. v. vi. exhibent.

Alij contundunt cum vino, colant & exhibent. Nonnulli macerant solum in Vino, colantque.

N. 1. Non facile ℞j. transcendendo, nec usum continuo, nimia quippe resoluendi vi incommoda non parua inferre possunt.

N. 2. Vt locus natalis saxosus indicat, ad calculum a fellos facere: Ita indicante aptitudine & propensione sese contrahendi, ad convulsiones, forsan non essent inutiles.

XCVII. Bombyx.

Bombyx { Domesticus, huius loci.  
Sylvestris.

Бомбѣ, Бомбѣ, Vermis lanificus, Albert. Magn. Seidenwurm.

Vermis est texturam sericeam tenens, oriturque tum sponte, tum ex ovis.

N. Miram subit metamorphosin. Ex ovis pusillis produciuntur animalculi Eruca non absimile. Eruca hac mororum Vlmi educata foliis augetur indies, donec tumiditate resplendeat: hinc indita Theca, textura se cingit sericea, usque dum moriatur. Postmodum reuiuiscit, papilionis instar pennas producens, cuiusque interueniente triduo. (à quo

masculus statim moritur, ova parit femina, quam plurima, ac deficit.

OFFICIN. NAT.

1. Bombyces integri. 2. Sericum. i. e. textura bombycina. 3. Folliculi sericei. Vites.

1. Bombyces exiccati & puluerisati inspergantur vertici capitis, ad arcendam vertiginem & conuulsionem.

2. Bombycina textura, est caliditate & frigiditate temperata, (al. cal. 1.) sicca 1. cor roborat, spiritus vitales, animales & naturales reficit.

PRÆPAR.

Vritur quandoque, quo siccior reddita laugetur, quandoque decoctis admiscetur. Verum præstat crudam & solummodo incisam adhibere.

Sunt & vsualia, quorum compositionem subit: vt Confect. Alkerm. Diamosch. &c.

N. Infertur & in usum Medicum Sericum filum Kermesinum, i. e. Cocco seu granis Kermes tinctum, adhibeturque sanguini sistendo, vulneribusque obligandis. exiccandis. consuendis. Quin & à Plebeis ad Erysipelas adhibetur (circūligatum.

3. Folliculi sericei, (Bombycea, Seidenbalglein,) iisdem virib. cum textura præditi sunt.

N. Caueatur à folliculis alni spurcitio fedatis, vel in quibus adhuc Necydalius latitat mortuus, & vermibus exesus.

Bombyx Sylvestris, est genus quoddam Erucarum Viridium, simili metamorphosi, vt de Bombyce domestico dixi, mutabilium.

N. Huius generis videre mihi contigit apud Celsissimum Principē Philippū Hassia Landgraviū, doctrina multifaria, linguis exoticis, vt & Hebraea, Astronomicisq. obseruationibus propriis celeberrimum,



leberimum, qui papilionem variegatum lepidum visu ex Eruca viridi in capsula productum monstravit.

XCVIII. *Cantharides.*

## OFFICIN.

Cantharis } Musca Hispanica, huius loci.  
Gold. } Formicaria latior, Goldtscher  
vurm. } Meischaffen.  
lein. } prolixior } Cornuta gebarn-  
breuior } re Goldtscher.  
Amethystina violacea Beiel-  
braung.  
Miniata, Friesenwurme.  
Viridis } longiuscula.  
} aurum lucens.  
Nigricans, Schvartzkaser.  
Castanei coloris.  
Rotunda, Oskerkalblein.

Dicitur <sup>Nov. 1616.</sup> i.e. parvus Scarabaeo-  
lus, Spanische Mucke oder Fliege, Gold-  
wurmelein.

Producuntur ex genere quodam  
Vermiculorum Erucis non absimilium,  
qui nascuntur ex humore, foliis fraxi-  
ni, populi, ligustri, triticique inhaerente.

Præstantiores censentur, quæ in fru-  
mento seu pratis inveniuntur, versico-  
lores, & quæ luteas in aliis transuersas  
lineas habent, corpore oblongo, crassæ,  
recentes.

Perimuntur aceti acerrimi vapore,  
qui dum feruet, exhalat. Hinc siccantur  
& seruantur per biennium.

Vires. Calida sunt & sicca sat vali-  
de, adeoq; corrosiva seu vesicatoria, diu-  
retica, emmenagoga. Hinc vsus creber-  
rimum in vesicatoriis. Internus earum vsus  
rarissimus est, quippe inter venena vul-  
go recensentur: Vesica nimirum Vrina-  
ria adeo infensa sunt, ut vel extrinsecus  
cui alligata eam exulcerent. Sunt ni-

hilominus audaculi, qui diureticis eas  
admiscent. Sunt & improba scorta, qua  
fatum tenellum iis perimunt & extur-  
bant.

N. 1. Recentiores alas, pedes & ca-  
pita resecant, solo corpore seruat.

N. 2. Galenus alas & pedes exhibet  
pro antidoto veneni proprii.

N. 3. Olenm Cantharidum & Can-  
tarellorum elicitur per V, prodestque  
ad calculum.

XCIX. *Cicada.*

Télis, Hevoschrecke.

Insectum est Gryllis simile, valde  
stridulum, rore viuens.

N. Vnum hoc animal, ex iis quæ vi-  
uunt, est sine ore. Pro eo enim quiddam  
aculeatum habet, & hoc in pectore, quo  
rorem lambit. In Italia vulgaris notitia  
est, nostratibus incognita.

## OFFICIN. NAT.

Cicada siccata.

Vires. Primur cicadis siccis ad colicos  
affectus (cum parib. numero piperis gra-  
nis scil. iij. v. vi).

Alij assas edendas iis offerunt qui-  
bus affecta vesica est. Cinis insigniter  
calculum conterit.

C. *Cicindela.*

Λαμπυρίε, Plin. Λαμπυρίς πυγλαμπίε,  
Arist. Lampyrus alata, Aldrouand. Can-  
tharis noctiluca, Nitedula, Noctiluca,  
Iohannis Flieg.

Insectum est pennatum, in tenebris  
ignis modo lucens.

Officinis ignotum est, nisi quod  
Cardanus vim anodynam ei tribuere  
videatur, lib. 9. subtilit. alij in calculo  
commendant.

N. Roder.



N. *Rodov. castrensis*, l. 4. *meteor. microc.*  
 c. 16. *Cicindella*, inquit, *abscissis capitibus*  
 & aliis, ad solem exponuntur fer-  
 ventiss. donec pulverisari possint. Pulvis  
 cum aqua dissolutioni *Tragac.* Trochi-  
 scetur, addendo tantillo olei amygd.  
*Trochisci* exiccati iterum pulveriscentur,  
 rursusque denuo formentur, idque qua-  
 ter. Valet in calculo (inunctionibus ad-  
 miscent.

Dos. ℞ij.

CI. *Cimex.*

*Cimices* { *Lectuarij*, huius loci.  
 { *Hottentes*, s. *Sylvestres*.

Κόμης, κίμικις, *Diosc.* *Cimices*,  
*Mathiol.* *VVantzen*, *VVantzansse*, *Bett-*  
*vvanteln.*

Vermiculi sunt latiusculi compres-  
 si, tubentes, fetore abominabiles, mor-  
 sib. quib. sanguinem nobis exugunt,  
 admodum molesti.

Vires. Utuntur recentiores quidam  
 ad ciendam vrinam viuis in penis or-  
 ganum immisiss, (*Dioscorid. mortuos &*  
*tritros imponit.*) ad scetum & secundi-  
 nam expellendam tritros (N. 3.) & cum  
 successeu exhibitos vidi. Septenos ca-  
 uis fabarum inclusos ante febrium  
 accessiones deuoratos, quartanis auxi-  
 lio esse Author est *Dioscor.* *Vuluarū*  
*exanimationes* olfactu abigit.

N. *Sylvestres* qui ex herbis victum  
 habent, lectuariis maiores, colore viridi  
 aqua ac illi fetidi, officinis adhuc in-  
 cogniti sunt.

CII. *Erucæ.*

Κάμμη, *Dioscor.* *Bruchus*, *Eruca* vul-  
 garis, *Aldrou.* *Raupe.*

Insectum est vulgaris notitia, origi-

nem trahens, vel ex stirpium excremen-  
 tis, vel ex ouis papilionis. Species to-  
 tidem ferè sunt, quot plantarum.

N. *Similem Metamorphosin* subit  
 quam *Bombyx*, tandemque in *Papilio-*  
*nem* degenerat.

C III. *Formicæ.*

Μύρμηξ, { *Minor* { *rupeus*.  
 { *nigricans*.  
*Formicæ* { *Maior*, *Equina* *Rosæ* *A-*  
 { *Ameysz* *meysz.*

Insectum est mira providentia do-  
 tatum, qua penu in annum sufficiens  
 æstiuis pleniluniis (nouiluniis equies-  
 cit,) sedulo colligit, collemum si opus  
 sit, siccat, siccata semina, ne regerminet,  
 arroti, adeoque durationi adaptata re-  
 condit. Congressæ Hybetno tempore  
 vermiculos pariunt, subinde in Oua &  
 hinc verno tempore, in formicas mu-  
 tari aptos. Senium alatas facit, sed bre-  
 ui superstites.

Præstantiores habentur, quæ sub  
 arborib. resiniferis habitant, acidum-  
 que olent, Collectio præfertur (de-  
 crescente vel Nouilunio.

OFFIN. NAT.

1. *Formicæ*. 2. *Oua*. 3. *Aceruus*.

Vires.

1. *Formicæ* calcæ. & siccant. venerè  
 proritant. Olor acidus mire spiritus vi-  
 tales reficit. *Formicæ* maiores (*Hæcu-*  
*lanæ* (psoram, lepram & lentiginem  
 sanare dicuntur, (adrecto sale exiguo  
 trita & illita.

2. *Oua* ad aurium grauitatem faciunt,  
 malas hirsutas pueris infricata corrigut.

3. *Aceruus*, (*Myrmecium*) calc. &  
 siccat, nervosum genus roborat. Hinc  
 vltus celebris in paralyti, arthetide,  
 hysteriis affectib. cachexia & si-

AAAA mil.



mil. (lotione adhibetur.

PRÆPARATA.

1. Oleum ex infusione formicarum (præstant alata) in . . . com. 3 40.

Vires. Valet ad coitum.

2. ∇ stillat. Magnanimitatis dicta, v.l. 2. c. 37.

3. Liqueor fit in clybano ad modum quo liqueor lumbricorum.

Vires. Insigne est Ophthalmicum suffusionis oculor. auxilium.

CIV. Gryllus.

Γρύλλος } Domesticus.

Acheta } Agrestis, arvensis.

Insectum est alatum è genere locustar. cicadis simile, fociorum terrarum è aridar. incola, stridulo suo cantu sedulum. Heimichen, Heimling.

Vires. Commendatur ad diuresin, (cinis exhibitis) ad visus imbecillitatem, (succus expressus instillatus) con-  
sillus lenit, (affricatus.

CV. Hirudo.

Bledya, } Maior equina.  
Sanguisuga } subfusca.  
                  } Mi- } subviridis.  
                  } nor } nigra.  
                  }     } variegata.

Insectum est palustre, instar Lumbrici oblongum, generatur ex putredine Germ. Saug Igel.

Maioribus præferuntur minores, utpote quæ minus nociuæ, & ex his. quæ lineis in dorso distinctæ. Maiores no-  
uem equum sugendo interimere valent, unde equinæ dictæ.

Vires. Sanguinis exuctioni inferuiunt, adeoque cum cucurbitulis conueniunt.

N. Antequam applicentur, seruanda sunt, in ∇ pura, ut probè purgentur, hinc loco applicationis sale nitri fricato, sanguineque vel argilla inuncto applicanda. Cum amoueri vis, insperge parum salis, aut cineris, aut lini combusti.

CVI. Lacertus.

Σαύρος, σαύρα, Lacertus, Lacerta, Egechs, Ader, Ikkachs, Moll.

Insectum est quoad figuram notum, colore varians, bufonib. ac araneis inimicum.

N. Lacertus si dissectus fuerit, pars utraque mouetur aliquandiu, & si concurrerint, coalescunt rursus. Sunt qui oculos, si effossi sint, renasci aiunt, id quod & de cauda si amputetur, Plinius affirmat. Degunt in cauernis terra, rudibus murorū, aliisque locis asperis, v. scuntur Cicadis, Cochleis, Gryllus, Apibus.

Terrestis, de quo hic & minus Venentus.  
Lacertus est } Aquatilis, qui venenosus habetur, & rarioris vsus.

N. Commendatur præ reliquis genus Lacerti viride & magnum, verum cū in hisce regionibus minus vsitatum id sit, Lacertum communem hic describimus.

Vires. Elicit è corporib. spicula, vitra, &c. (sectus, vel cum ∅ rursus & impositus, imprimis v. caput,) capillos renasci facit, (cum adipe illius caro, vel cinis applicatus.) Ictui scorpionū succurrit. Commendatur itidem ad herniam infantum, (si decocto lacerti lauentur,) ad facilem euulsionem dentium, puluis aquaticus lac. affricetur.

N. Sunt qui aiunt Lacerti exi casti puluerem gingiuis illitum facere vi sine difficultate, sine dolore, atque sine instrumento dentes extrahi queant.

PRÆPARATA.



CLASSIS IV. DE ANIMALIB. 739

PRÆPARATA.

Oleum infusum.

Fit ex infusione Lacertorum viorum N. vij. in Ol. commun. ℞. i. ℞.

Vires. Commendatur ad faciei rubedinem emendandam (illitum).

CVII. Locustæ.

Ἰσχυρὸν, Dioscorid. Κόπρα, παραφρα, Heuschreck.

Insectum est ex petnicie quæ in fert, (herbas sc. & fegetes mordendo, terramque tactu & saliva adurendo,) nulli fermè regioni incognitum. Generantur Æstare incunte ex fœtura anni superioris, fauo non absumili, scil. exin oriuntur vermiculi, speciem oui getentes, inclusi præterea terra ceu membranula, qua disiecta emergunt locustæ & euolant.

Sunt porro variæ, videlicet: Sunt magnæ, parvæ & minimæ, (pennis carentes, sunt virides, flauæ, nigricantes, varixuè, &c.

Vires. Odoris suffitu urina difficultates iuuant, præsertim quæ fæminas malè habent. Dioscorid. Sunt qui appensas collo quartanam sanare aiunt.

CVIII. Lumbrici terreni.

Ἰσχυρὸν, Dioscor. Vermes terreni, Melloes, Paracelso, Keger, vurm, Erdvurm, Pyren.

Insectum est vulgaris noxiæ ex terra, tum generatum, tum sustentatum.

Præstant reliquis ij, quorum cololum rubris annulis ceu cingulis cingitur.

Vires. Sunt insignitur diuretici,

diaphoretici, anodyn; discutiunt, emolliunt, obstruccionem reserant, lac augent, vulnera, nervosque præcisos glutinant.

Vsus præcipui sunt in apoplexia, spasmus (ex signatura) aliisque affectibus nervor. ac musculor. in Ictero, (utroque) hydrope, vermiculatione infantum, dolore colico. Inprimis autem specificè profunt in arthritide illa scorbutica, quam vagam appellant, (die lauffende Gicht, die Bahren,) Adhiberi possunt intus & extus.

Intus exhibentur vel toti conquassati, recenterque v.g. cum vino traiecti per linteum, vel siccati & pulverisati.

Extus applicantur viui & mortui, Vini impositi, donec moriantur, profunt panaritis, mortui in cataplasmatibus ferè adhibentur. Odontalgia conuenire dicitur cinis, (cauitati dentium inditus.) Podagricos dolores leniunt (pulis cum farina calide impositus).

PRÆPARATA.

1. Aqua, fit in M.

Hydropicis maximè proficua est.

2. Oleum coctum, vide

Dispens.

N. Ex ὄο hoc datur cum ▽ raphani, Ol. quod urinam & sudores potenter pellit.

3. Liqueur, fit in clibano.

Nimirum:

Lumbrici loti & per stupam purgati, induntur vitro angusti orificij. Hinc obturatur vitrum, massa que panis inclusum committitur, (vt & reliqua massa) clibano, donec cum panib. eximatur. Post liqueur filtratur & seruetur pro vsu interno & externo.

Dosis à ℞ij. ad ℞℞.

4. Pulvis. fit ex lumbricis in furno exsiccati.

Dosis ℞j. ad ℞i℞.

AAAAA 2

CXL.



## CXI. Lumbrici intestinorum.

Ἐλμύθις, σπύγγηλα, Lumbrici s. Vermes intestinorū, Wurm, Spul. wūrm. Generantur ex cruditate intestinorū. Vires. Sunt qui pūluerisatos exhibent ad lumbricos expellendos.

## CX. Musca.

Μύια, Arist. δάττω, Fliege.

Muscarū genera varia quidem sunt, vsuale tamen solum vulgare est.

## OFFICIN. NAT.

Musca seu potius capita earum.

Vires. Alopecis subueniunt.

## PRÆPARAT.

I. ∇ stillatitia, fit per se, vel cum melle.

Vires. Præterquam quod capillorum prouentum promouet, prædicatur quoque ad oculorum affectus, (instillata.

## CXI. Pediculus

Ὀδύπ, Σάδραξ, Pedunculus, Lausz.

Variarum itidem est specierum. E quib. huius loci humanus ille vulgaris pediculus.

Vires. Denorantur à rusticis contra Icterus, simili modo adhibiti ad Atrophiam nonnullis probantur. Vnam. ciunt for. amini penis imposti, quippe prouitant expultricem ad mingendum.

## CXII. Ricinus.

Καρίων, κωνοεικός, Reduuius, Holzbock, Hundesstoh, Hundk. wurm.

Animalculum est liquidum & fœdum, bobus, suibus, capris, ouibus, atque canib. infestissimum.

Vires. Ricini canini sanguis Plinio

teste psilothrum est, ignes sacros respingit, admirandus quoque est ad impuignes contumaces & feras, ac curatu difficiles, (illius.) Amat. Lusitan. cur. 20. cent. 7.

## CXIII. Salamandra.

Σαλ. μαρδία, μίττω, Molch, Moll, Olm.

Animal est quadrupes ex lacertorū genere, nigrum, luteis maculis respersum, incola locorum frigidorum & humidorum, fonticulorumque limpidorum admodū amans, adeoque nonnullis in terrestrem & aquaticam distribuitur.

N. Venenatum est animal, una cum morsu lacteam spumam virulentam conferens.

Vires. Salamandra erodit, exulcerat, incinerata medetur felicissimè scrophulis exulceratis cinis inspersus.

N. Caueat à fumo venenato.

## CXIV. Scarabæus.

Cornutus Schræter, hic vsualis Pilularius Koszkafer, etiā hic Medicinali.

Vinctuosus, cantarellus, Kad-den, Schmalzkafer, Men-wurm, nec hic inidoneus.

Kar-dap's

Can-thar 9.

maior, Mezkafer, Crenzkafer milus, nor Brackaferlein.

Bufonius viridis Rrottenkafer, hic venenatus.

Pistrinarius, Meelkafer.

Cadauerum, Aaszkaferlein.

Scarabæus cornutus, (bicornis, Lucanus, ceruus, ceruus volans, Scarabelaphus Cardu. Græc. ἀσκαρῆς) Gignitur partim ex lignis acidis, maximè quercus



CLASS. IV. DE ANIMALIB. 741

querens aut roboris, partim ex coitu.  
Reperitur Maio & Æstate in syluis.

OFFICIN. NAT.

Ipsi Scarabæi, & cornua.

Vires. Scarabæi commendantur ad dolores & contracturas nervorum (ex signatura, quæ tacti immobiles & contracti redduntur) ad febrem quartanam (amuleti loco imposti).

Cornua suspensa de collo infantum urinam cohibere dicuntur.

PRÆPARAT.

Ol. ex infusion. Scarabæi.

Vires. Dolorem urinæ discutit, (instillatum).

Scarabæus pilularius, (pilularis, Solaris, Stercorum, Kocuda, Hippoc. Pferdikaser, Mistkafer,) nomen id habet, quod è fimo (maximè equino) ingentes pilas pedibus volutet, in quibus paruos vermiculos fœturæ semina recondere dicitur.

Vires. Commendantur maximopere in prociencia oculi & auri, (pulvis aspersus,) in hæmorrhoidibus. cæcis dolorificis leniendis, decoctus scilicet in oleo lini ad consumptionem animalculi, & calidè impositus cum bombace.

N. Pulveris conficiendi modus optimus est.

Mortificati in vitro clauso ad Solem benè exsiccentur, & F. pulvis. Hartm. in pract.

Scarabæus vinctuosus (quod manibus impositus, pingui subflavoque liquore inficiat, Maio & Junio iuxta vias & passim in syluis obrepit).

Vires. Cantharidum naturam imitatur, urinam pellit & sanguinem, canis rabidi morsum egregie expugnat, varos distos, i.e. Arthritidem vagam, Authore VViero, curat, (exhibitus pulvis vel conditura.

Extrinsicus expetitur à quibusdam eius liquor ad vulnera. Additur & Emplastris in bubone & carbunculo pestilentiali (ex signatura desumpto indicio) permiscetur & antidotis, fitque inde Oleum ex infus. anim. viorum. in ol. comm. quod loco olei Scorpionum nonnulli adhibent.

CXV. Scincus.

Σκίνκος. Scincus Marinus, Officinis.

Animal est aquaticum, squamis luteis vestitum, cæcia à capite ad caudam decurrente linea insignitum, herbis odoriferis victitans.

OFFICIN. NAT.

1. Integri exsiccati. 2. (rarò) pinguedo.

Vires. Alexipharmacus est Scincus, Venerè inque accendit.

Pinguedo, simili virtute pollet.

Dosis ℥.ij. Matthioli commendat, Rostrum & pedes, eosque cum vino propinat, hinc & carnes laterum commendat.

PRÆPAR.

Ingreditur antidota & præcipuè Theriacam Andr. & Antidorum Matthioli.

CXVI. Scorpio.

Σκόρπιος Scorpion Scorpion.

Animal est forma caneros æmulans, iis tamen minus.

Vires. Urinam cient, calculo renum aut vesicae impeditam, (vini incinerati & exhibiti).

Ictibus propriis subveniunt, (triti & imposti).

PRÆPARAT.

1. Oleum Scorpion. simplex, ex infusione Scorpion. in Ol. Amygdal.

AAAAa 3 amat.



amar. vid. August.

N. Sunt qui propinant in colicis & calculosis doloribus.

2. Ol. Scorpion. compos. Mes. quod recipit insuper Aristoloch, Gentian. Cyper. & rad. capp. vid. August.

Vires. usitatissimum est in Renum doloribus, urinaque obstructa (illinitur dorso vel pubi,) medetur istibus venenatorum animalium, febrium paroxysmos arces, (pulsibus vel dorso inunctum,) aurium dolores mulcet.

3. Ol. Scorpionum magnum, Matthiol. vid. August.

Vires. Maiorum est virium quam precedentia, usque eximij in morbis contagiosis præservedis & curandis, in venenatis moribus & simil. (inunctum cordi, arteriisque temporum, manuum, pedum,) dolores demulcet colicos & uteri, &c.

4. Ol. scorpionum sanguineum.

℞. Sem. hyperic. ℥. vi. infunde in vino maluar. per ☉ (3.) tum adde Terebinch. venet. ℥. iij. Ol. centum annor. (i.e. vetustiss.) ℥. vi. Croci opt. ℥. j. Flor. hyperic. M. iv.

Omnia tumulentur in atena in boccia bene clausa per triduum: deinde

liquor in aliam bocciam fortiter exprimatur, liquor per inclinationem decantetur, usque ad apparitionem olei. Oleo apparense vas elevabis, in eo videbis ol. rubrum sanguinis instar. In hoc oleo reponantur pro vnaquaque libra scorpiones N. L. in M. B. coulsque relinquuntur, donec fiat perfecta fermentatio. Hinc per pannum exprimantur, omnia, oleumque referuandum.

Vires. Summè nephriticis dolores lenit. extrinsecus applicatum.

N. Hoc est illud oleum nephrit. sanguineum magni Ducis, quod Pona describit, sed dosin non addit.

Ex communic. Dn. D. Job. Kieferi.

#### CXVII. Tereedo.

Tereedus, Holzvurm.

OFFICIN. NAT.

Caries seu farina Tereedinum.

Vires. Exiccet, unde ulceribus humidis & fluidis feliciter inspergitur, & hoc eodem titulo mulierculis nostratibus admodum familiaris est in excoriationibus Infantum exiccandis.

Et hæc sunt quæ de Animalibus Medicamentosis adducere compendij lex permittit, adeoque Pharmacopœiam nostram Medicochymicam diuino auxilio ad finem perduximus: Huic sit Laus, Honor, & Gloria, in sempiterna Secula Seculorum: Amen.